



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**ECCLESIASTICAE || DISCIPLINÆ || LIBRI SEX: || DE  
CANONICA ET MO- || nastica Disciplina collapsa  
restau- || randa, pristinoque nitori || restituenda. ||**

**Schulting, Cornelius**

**Coloniae Agrippinae, 1599**

**VD16 ZV 14233**

[Liber 6]

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63372)

# ADMODVM RE- VERENDIS IN CHRISTO

PATRIBVS AC NOBILIBVS DOMI-  
NIS D. GODEFRIDO DRAECKIO PRO-  
generali Cisterciensium Campensis, Frederico ab Au-  
Vvach Sprinckheerbaccensis, Ioanni Plutzeit S. Matthiæ  
prope Treueros, Ioanni Bertels Ebternacensis, Ioanni S.  
Martini, Iacobo S. Mariæ ad Martyres apud Treuerenses,  
Ambrosio Lochem Hemrodensis, Theodoro Hulsen Da-  
lensi Glabbaccensis Bartholomæo Aufelt veteris Mon-  
tis, Balthasari Rhenz à Bree S. Martini Colonia, Gerar-  
do Voller Tuitiensis, Godefrido Huls S. Panthaleonis in-  
tra Coloniam Monasteriorum Archimandritis seu Ab-  
batibus Disciplinæ Monasticæ in suis Capitulis & Mo-  
nasterijs strenuis administratoribus, obseruatoribus & in-  
stauratoribus consensu Regulæ mutuis precibus, sacrifi-  
cijs, votis, charitatis obsequijs, fide, religione, diui-  
nis officijs coniunctissimis, suis patronis &  
Mecænatibus perpetua obseruan-  
tia colendis.



*VM* multa sint præclara diuersorum ordinum  
instituta in Ecclesia Dei sub eiusdem tamen  
Christi signiferi seu ducis exercitus vexillis in  
perfectioris statu militantiæ; tum verò nullum  
est in Occidente præsertim antiquius institu-  
tum & laudabilius quodque maiores utilitates & commo-  
ditates Christi sponsæ attulerit, quam eorum, qui à S. Bene-  
dicto & D. Bernirdo familiam & originem ducunt; Quo-  
cunque enim me conuertam, siue antiquitatem vltimam A-  
uiciantæ familiæ, ex qua tam Austriaca, quam Benedicti  
stirps propagata est, ingenuam huius arboris radicem, siue  
nobilitatem & præstantiam illustrissimorum generosif-  
simorumque hominum, qui hunc ordinem professi fue-  
re, siue primos apud gentiles Christianæ fidei, dissemina-  
tores & fundatores, siue etiam hæreticorum ad gremium

Æ c c

Eccle-

P R A E F A T I O.

Ecclesie redutores, siue etiam insignes late sese diffunden-  
 tes huius arboris ramos respiciam atq; iuuuar, nullum pro-  
 fecta ex omnibus monasticum ordinem reperio, qui cum hoc  
 ipso in singulis minima ex parte comparari possit. Antiquita-  
 tem Benedicti & Benedictinorum ut & Austriacorum ab  
 antiquissima & illustrissima familia Romana Anicia, Pro-  
 ba, Olybria, Perleonia, Frangipania deducendam, & repre-  
 sendam esse solide prolixè, & doctè confutatis contrarijs o-  
 pinionibus confirmat. D. Arnoldus VVyon & ipse Benedi-  
 ctinus in Tractatu ante primum librum Ligni Vuae expo-  
 fesso ea de re praemisso, & Praepositus Arnhemensis Henricus  
 ante historias Belgicas in Praefatione ad Albertum Au-  
 striacum. Studia literarum adeo apud Benedictinos olim  
 floruerunt & viguerunt, ut omnia Benedictinorum Ceno-  
 bia fuerint Gymnasia, & omnia Gymnasia Cenobia, nisi  
 quam per Germaniam, Galliam, Italiam, Angliam eo tem-  
 pore instituta literarum fuerant Gymnasia, imò aliquos se-  
 culis post Academiae seu Vniuersitatis nomen illustre in om-  
 ni pene Occidentis imperio fuerat incomperitum; praeter  
 eum Romanum vetustissimum & Parisiense ac Papiense,  
 tunc aua utpote Caroli Magni & successorum eius iussu, o-  
 pe, & auctoritate per Doctores Monachos Benedictinos fun-  
 data nullum in historijs aliud legimus existisse vniuersale  
 studium, particularia verò multa fuisse in Monasterijs Be-  
 neditinorum videre est in Chronico Hirsaugiae Tribemij  
 Sigeberto de viris illustribus c. 172. proinde reges & Prin-  
 cipes caterique nobiles ad discendum Dei timorem cum li-  
 teris liberos suos Monachis, intra claustra instituendos tradi-  
 derunt, quorum plerique manentes sub regula disciplina  
 magisterio in viros excreuerunt sanctissimos alij per paren-  
 tes reuocati, Moderatores Reipub summi & prudentissimi  
 facti sunt. Vt paucis dicam per septingentos annos à temp-  
 ribus Gregorij I. Magni & Benedicti vsque ad exortam fa-  
 miliam mendicantium per Benedictinos Monachos prae-  
 cipe conseruata & propagata tam literarum studia, quam  
 ejsa

P R A E F A T I O.

ipsa Catholica religio. Ex hoc ordine quadraginta propè Pontifices delecti commemorantur. Cardinales omnes si enumerentur centum et quadraginta reperientur. Patriarchæ tum Antiocheni, tum Hierosolomitani, tum Constantinopolitani & alij simul omnes in vnum collecti quinquaginta inveniuntur, Archiepiscopi ducenti quatuor Episcopi quingenti, triginta duo, Scriptores Ecclesiastici quadringenti quatuordecim numerabuntur. Iam ut ab Ecclesiasticis & religiosis ad prophanos seculares nobilissimos generosissimos descendam, qui Benedictinum Ordinem & ingressi & professi fuerunt, quanta, Deus bone, multitudo, quam ingens & pene innumerabilis exercitus nascitur. imperatores Occidenties, qui abdicato imperio Monachi facti ordinem D. Benedicti Nigrorum exercitus extiterunt. Imperatores Orientis Constantinopolitani octodecim feruntur, Imperatrices occidentis vitam monasticam professæ & in Sanctorum catalogum relatæ sex. Imperatrices occidentis Sanctimoniales factæ licet non canonizate quinq;. Imperatrices Constantinopolitanæ Orientis Sanctimoniales quatuordecim, Reges facti monachi & Sancti quatuordecim, Reges facti monachi sed non Sancti octo, Reges habitu tantum monachi sed non professione quinque, Reges facti quidem monachi sed coactè, quorum locus professionis constat tres, Reges in monachorum ordinem redacti inuiti, quorum monachismi locus ignoratur, quinque Filij regum & alij, qui ex monachorum choro assumpti, ad regiam promoti dignitatem, & in ea potestate obierunt, decem. Qui autem ex monachis reges creati iterum abdicato regno monachi facti sunt tres. Duo autem reperiantur, qui ex regibus monachi facti iterum habitu relicto reges fuerunt creati. Octodecim regine Sanctimoniales factæ & sanctæ, sed nouèdecim regine Sanctimoniales. factæ non tamen sanctæ. Quatuor regine sanctimoniales factæ coactè tantum. Quatuor Sanctimoniales quæ à regibus in uxores ductæ & regine factæ in ea sublimi dignitate defunctæ sunt. Quinque verò habentur Sanctimoniales, quæ regine factæ postea tamen ad summo

summo

P R A E F A T I O.

suum monasterium redierunt. Filij Imperatorum Occidentium Romanorū tam certae quam incertae professionis monachi nouem, Filij Imperatorum Orientalium Constantinopolitanorum tam certae quam incertae professionis octo. Filia Imperatorum Orientalium Romanorum tam certae quam incertae professionis tam sanctae quam non sanctae ducentae & undecim. Filiae Imperatorum Orientalium Constantinopolitanorum tam certae quam incertae professionis octo. Vingtifilij regum monachi & Sancti, quorum locus professionis constat. Sex verō filij regum monachi sed non sancti, quorum locus professionis est cognitus. Tres autem filij regum monachi, quorum locus professionis est incognitus. Octo filij regum inuiti monachi facti tam certae quam incertae professionis. Filiae regum sanctimoniales, & sanctae certae professionis triginta sex. At viginti septem tantum filiae regum certae professionis sanctimoniales verum non sanctae. Decem autem filiae regum, sanctimoniales Benedictinae quidam sed incertae professionis. Duo duces Venetum monachi & sancti eisdem monachi non tamen sancti. Tres duces Venetum monachi facti inuiti, eisdem habitu tantum non autem professione monachi. Ducisse Venetum filij & filij Ducum sanctimoniales & monachi sex. Duces & ducisse & eorum liberi monachi octuaginta & vnus. Principes & principisse cum eorum liberis monachi triginta duo. Comites & comitisse cum eorum liberis monachi circiter centum & tredecim. Barones & Baronisse cum eorum liberis monachi septem. Quis maior fructus adferri potuit Ecclesiae Christianae, quam quod magna pars Europae per pios & doctos viros ordinem S. Benedicti professos a paganismo ad Christianae fidei agnitionem fuit conuersa. Quis totam Franconiam Christo lucratus est? nunquid S. Kilianus martyr? Quis antiquam Saxoniam siue Westphaliam ad Christum primò adduxit? an non sanguinis sui profusione duo Ewaldi? Quis Taxandriam monasterijs Christianae fidei imbuit prius? Nonne S. Lambertus primus eorum Apostolus? Quis totam penè Germaniam & Frisiam

P R A E F A T I O.

Frisiam conuertit primò an non S. Bonifacius? Quis Sueciã  
 quis Helſingam, ad profefſionem fidei primò vocauit? S. Ste-  
 phanus Epifcopus. Quis Vaſconum Apoſtolus? Abbo Abbas.  
 Quis Boiemiæ, Hungariæ, Poloniæ? S. Adalbertus Epifcopus  
 & S. Benediſtus Epifcopus & martyr, Hunnos Sclanos, Ruſ-  
 ſos quis Chriſtianos fecit? S. Bonifacius. Hungaros quis præ-  
 terea fide Chriſtiana & baptiſmate tinxit in Pannonia? S.  
 Gerardus. Quis VVandalis Chriſto credere perſuaſit? S. Ad-  
 albertus Epifcopus. Quis Pruſſorum & Lituanoꝝ Apoſto-  
 lus. S. Brunus Epifcopus. Quis totam Britanniam re lapſam  
 reuocauit? S. Auguſt. cū ſex collegis à Gregorio Magno ablega-  
 tus. At rebatēſium quis fuit Apoſtolus? nunquid S. Chilleuus  
 An non S. VVilibrordus regni Friſiæ Apoſt. vt & præce-  
 dentes, Benediſtinus erat? Nunquid ſimiliter S. Amandus E-  
 piſcopus Brabantie, Flandriæ, Sclanoꝝ & Vaſconum A-  
 poſtolus extitit? vt & Friſiæ S. VVilfradus Hollandiæ VVil-  
 fridus, Franconiæ, VVillehadus Epifcopus, Friſioꝝ, Hol-  
 landoꝝ Saxoꝝ Apoſtolus S. Sunibertus, Gothoꝝ, Da-  
 noꝝ, Sueoꝝ, Aquilouarioꝝ partium magnus Apoſtolus  
 S. Augarius Epifcopus, Saxoꝝ & Friſioꝝ Orientalium  
 Apoſtolus & Monafte rienſium S. Ludgerus, Tranſilanoꝝ  
 ram S. Leuinus, Pomeranoꝝ in Sarmatia Apoſtolus. S.  
 Otto Epifcopus, Antipodum noui orbis, id eſt, America pri-  
 mus Apoſtolus D. Bueillus Epifcopus. At hi omnes iam enu-  
 merati qui tot tantaque commoda in Chriſtianam Rempubl.  
 inuexerunt, origine & profefſione Benediſtini exſtitere. Iã  
 vero ex quanam religione plures prodire, qui auerſos hæ-  
 reticos ad gremium Eccleſiæ reducere, quam ex germine et  
 gette Benediſtinorum? Quis Viſigothos in Hiſpania ab A. r.  
 rianismo ad fidem Catholicam reuocauit, ſi non S. Leander  
 Epifcopus? Quis herefin Berengarianam magis expugnauit,  
 quam S. Guido Abbas? Quis Anthropomorphytarum exſtirpa-  
 tor & contra eoſdem grauiſſimus ſcriptar? an non S. Raibe-  
 rius Epifcopus? Quis nocentiſſimum ſchiſma Pontificum  
 ſuſtulit niſi S. Bernardus Cifterciensis licet ordine ex regula

P R A E F A T I O.

gamen Benedictinis: An non S. Martinus Duniensis Episcopus Sueuorum in Hispania ab Arriana peste ad unitatem fidei plurimos auertit? Si ins Pontificium spectes, nonne D. Burchardus D. Gratianus Doctor Canonum collectores, & D. Ioannes Abbas I. Pontificij Doctor & Decretalium Sexti libri, & Clementinarum primus expositor? Nunquid prima fundamenta Iuris Canonici posuere? D. Ioannes Trithemius, quam bene de omnibus bonis literis meritis nemo facile expresserit. Transio Petrum Damianum, qui Mediolanenses Simoniacos Nicolaitas Romanae Ecclesiae reconciliauit, & S. Humbertum, qui Graecos ad fidei unitatem sua sapientia reduxit. S. Bernardum, qui libertate Ecclesiae restituta Henricianam heresim profligauit. S. Petrum Igneum Florentinorum à Simonica labe ignis testimonio liberatore. S. Albericum Berengarianae heresis mirificum explosorem, D. Nicolaum Anglum apostolum Noruegiae. Quid attinet iam commemorare ex hoc ordine prophetico spiritu praeditas matres & feminas D. Ioachimum Abbatem, S. Elisabetham Abbatissam, S. Hildegardem, S. Gertrudem, S. Mechtildem, praestantissimos vniuersitatū fundatores vt Pariensis S. Albinum seu Alcuinum, Oxoniensis S. Neorium, studij Cantabrigiensis quatuor alios Benedictinos monachos fundatores Papiensis D. Ioannem Scotum. Praetermitto lubens innumerablem prope Sanctorum ex hoc ordine exercitum. Etenim iuxta Trithemij calculum numerus Sanctorum eius ordinis, millenarium quintumdecimum, iuxta computum Petri Messie, trigessimumsecundum, secundum alios trigessimumseptimum iuxta Petrum Bughianum vero quinquagesimum excedere videtur. Solius Casinensis monasterij Sancti Canonizati quinque millia, quingenti quinquaginta quinq; omnium monasteriorum simul quadraginta quatuor millia. Soli Martyres Casinenses 5555. cetera monasteria numerum triginta septem

P R A E F A T I O .

septem millium attingisse feruntur Monasteria Benedic-  
 rum 37. millia Sanctimonialium quindecim, si in quolibet  
 monasterio, vnus saltem Sanctus reperiatur, in quam immē-  
 sum numerum ex crescit omnium sanctorum multitudo! Quam  
 prestantes Discipline Ecclesiasticae administratores & prae-  
 sides hic ordo semper tulerit & habuerit S. odo Abbas pri-  
 mus ordinis Monastici Migrorum reformator & S. Stepha-  
 nus Abbas Congregationis Grandimontensis reformator S.  
 Ludovicus Barbo Abbas Congregationis Italicae S. Iustine de  
 Padua quae nunc Cassinensis reformator, D. Ioannes Abbas  
 congregationis Germanicae Bursfeldensis Reformator D. Gar-  
 sia à Cisnero Abbas Congregationis Hispaniae S. Benedicti  
 de Vallisoleta reformator testes locupletissimi (vt alias in-  
 finitas reformationes praeterea) esse poterunt. Sola enim  
 vigenae disciplina hic ordo in suis locis stetit ea collabente  
 pluribus in locis iusto Dei iudicio ruit. Cū autem Ioannes  
 Calvinus li. 4. Inst. c. 12. v. 22. li. 4. c. 10. v. 12. 22. 23 li. 4. c. 5.  
 14. sugillet & rideat traducatq̄ omnium Catholicorum Di-  
 sciplinam tanquam corruptam, contemtā & neglectā,  
 placuit his libris Reuerendissimos omnes Archiepiscopus, E-  
 piscopus, Reuerendos dominos Archimandritas ad restituē-  
 nam diligentem disciplinae cohortari, & strenuos in hoc san-  
 cto officio nominatim mihi cognitos ad omnem posterita-  
 tis memoriam collaudare. Non modo in huius praefatio-  
 nis Epigrapha expressos disciplinae monasticae strenuissimos  
 cultores, patronos colendissimos, sed & subsequentes quo-  
 que non minus mihi obseruandos & cognitos Reuerendissi-  
 mos Patres & Archimandritas, quorum nobilis & cele-  
 bris in Ecclesia fama est, nempe Aegidium Grilkirchen,  
 Knechtstedensem, Balthasarem Panhausen Steinfeldensem,  
 Heribertum Ludendorff Brauvyerlensem, Antonium  
 Venetorium Hardenhusensem, Vlricum Userenhoett Brei-  
 delerensem, Ioannem Busch Duranum Heysterbaccensem,  
 Ioannem Kittich Lacensem, Antonium Sancti Mauritiij,  
 Mihaelem Mediolacensem Treuerenses. Neque enim



P R A E F A T I O.

eas debui villo modo seiungere, sed potius sub eadem regula  
 signo & vexillo militantes in Christi & Ecclesie castris  
 coniungere, quos adeo arcto fœdere religionis adeoque in-  
 dissolubili voti & professionis vinculo sacri Duces S. Be-  
 nedictus, Sanctusque Bernardus colligarunt. Neque etiam  
 vnius, sed plurimum Mœnatorum patrocinio necessario inci-  
 geo, et non meum priuatum questum, lucrum aut honorem  
 (absit procul talis à Syncero & candido animo suspicio,)   
 queram, sed potius ut communi Catholice Ecclesie, & reli-  
 gionis eheu per Calvinistas nimis oppressæ emolumento con-  
 sulam, ut Doctrinæ & Politicæ callidissimæ Calvinianæ pro-  
 virili resistam, monasticos ordines, quorum sunt euersores  
 Calvinistæ, pro mea facultacula licet exigua tuear qualibus-  
 cunque laboribus meis, ut monumenta & lucubrationes mee  
 contra eosdem cõscriptæ, quæ sine magnis sumptibus his dif-  
 ficillimis temporibus imprimi non possunt, cum & hi libri  
 sex collatis meis expensis typis mandati sint, facilius com-  
 modiusque in lucem prodeant. Etenim quatuor genera moni-  
 mentorum adhuc edenda mihi restant. principio quatuor To-  
 mi magni Commentariorum Ecclesiasticorum de diuinis Of-  
 ficijs, in quorum priore, Antiquitates & Origines singulorum  
 partium latè inuestige Ceremonias defendo, in altero totum  
 officium de festis Sanctorum in Missali & Breviario, in  
 tertio totum Officium de feria seu Tempore in iisdem expli-  
 co, in postremo officia Calvinistacum, Lutheranorum & al-  
 liorum hereticorum conuello, corruptelas agendarum osteu-  
 do. Qui libri erunt eiusdem magnitudinis cuius est Confes-  
 sio Hieronymiana à me antè duodecim annos in lucem pro-  
 lata, hos ob sumptuum impendendorum grauitatem (quidam  
 enim tantas impensas ferre non possunt, quidam volunt nisi  
 larga à patronis contributio fiat) typographi imprimeri de-  
 trectant. Deinde laboriosissimæ Animaduersiones contra

totam

PRÆFATIO.

totam heresin Calvinianam quatuor libris Institutionum  
 Ioannis Caluini comprehensam supersunt. Præterea Politia  
 & Disciplina Calvinistarum in Synhodiis eorundem Belgi-  
 cis & Gallicis & diuersis de Politia libris contentæ consu-  
 rationes edendæ in lucem desiderantur à pluribus. Postremo  
 denique Syntagmata Antiquitatum Ecclesiasticarum contra  
 Calvinistas Lutheranos variosque alios hereticos ex Tomis  
 Annalium Ecclesiasticorum Casaris Baronij diligenti studio  
 collecta, excerpta & in ordiinem digesta ab optimis viris  
 expectantur. Adde quod mirum nulli videri debeat, me tam  
 multos Mæcenates ad hæc omnia opera mea iam nomina-  
 ta studiosè inquirere, cum etiam solius huius præsentis Ar-  
 gumenti de Disciplina Canonica Ecclesiastica & monasti-  
 ca collapsæ restituenda dignitas honestas, vtilitas & ampli-  
 tudo ac latitudo adeò sese latè extendat, vt ad omnes si-  
 mul Prælatos Ecclesiasticos à summo Pontifice nimirum  
 maximo ad infimum vsque Prælatum æqualiter simul spe-  
 ctet & dilatetur tamq̃ue latè pateat quam ipsæ Encyclicæ  
 & Catholicæ literæ Clementis Octauæ Honestum quoque  
 rationi, æquitati iurique Diuino consentaneum planè esse ar-  
 bitror. vt illi, qui pro Disciplina, Politia, diuinis officijs  
 & doctrina totius religionis & Ecclesiæ contra Caluini-  
 stas decertant & dimicant eorum præcipuè auxilijs & sub-  
 sidijs ipsorum lucubrationes subleuentur & adiuuentur, qui  
 primaria Ecclesiæ membra eius sunt veri nutricij Patres  
 & matres præbentes mammillas & vbera filijs Ecclesiæ  
 pro eadem laborantibus. Quemadmodum autem in veteri  
 & nouo testamento monentur omnes, qui veri Israelite &  
 filij Abrahæ haberi & esse re ipsa desiderant, vt opera A-  
 brahæ & fidem, obedientiam, contemptum rerum terrena-  
 rum, hospitalitatem, peregrinationem, pietatem in Dei cul-  
 tu, liberalitatem, in vincendis tentationibus fortitudinem, &

Genes. 12.  
 Act. 7.  
 Genes. 13. 14.  
 15. Rom.  
 4. Galat.  
 3. Iacobi.  
 2. Genes. 18.  
 22. Heb. 6. 18  
 22. 26.

P R A E F A T I O .

alias eius omnes virtutes confitentur, repromissiones cum eodem adipiscantur (neque enim omnes Israelitæ, qui se patrem habere Abraham iactabant & iuxta carnem semen Abrahae erant Matthæi 3. cap. vers. 9. Lucæ 3. cap. v. 8. Ioannis 8. cap. v. 39. Romæ 4. cap. v. 17. & cap. 9. ver. 7. verè filij Abrahae crucebantur (sed illi duntaxat, qui opera Abrahæ faciebant, fidei in Christum, bona opera adiungebant, spiritualiter non carnaliter viuentes Rom. 9. cap. 7. Ad Galat. 3. cap. v. 7. & 29.) & ut iidem Israelitæ commonefacti sunt, quo respicerent in solidam Petram, vnde prius viui lapides excisi fuerant: sic Vestrae Reuerendæ, paternitates in primos ordinum suorum fundatores, auctores, iustitatores & reformatores, præcipua illustria miraculis etiam pietatem testantibus coruscantia, Sancta membra tanquam lucidissima specula viuisque imagines ad obseruandam perfectam disciplinam, non modo ipse intuentur, sed etiam eadem regulæ ac normæ suos subditos serè conformare, & in eiusmodi regulæ cultum ac obseruantiam inducere studet, atque ita Cisterciens. S. Bernardi, Benedictini S. Benedicti institutum, morem & eandem regulam in genere acerrimè vrgent, in specie autem Tuicienses ad Rupertum Tuiciensem summi pietate & doctrina viri exemplar. Pantaleonita ad primi Abbatis Christiani à Brunone Archiepiscopo constituto typum, Glabacenses ad S. Sanderadi primi Abbatis Monastice discipline studiosissimi teste Trithemio, similitudinem, Heisterbaccens. ad piensimum suam Casarium, Sprinkherbaccens. & doctissimum & religiosissimum Abbatem Absalonem adèd insignibus scriptis clarum, & S. Abrunculum Archiepiscopum Treuerensem loci patronum, Verdener. ad Sanctos Luidgerum & Svvitbertum, Sibirgens. ad Sanctissimum suum Abbatem Canonem, & simul Episcopum Ratisbonensem, Benedictini simul omnes ad  
immen

P R A E F A T I O.

immensum Sanctorum exercitū à D. Arnaldo VVyon. libro  
 tersio ligni vitæ in Martyrologio Sanctorum Benedictino-  
 rum enumeratorum, Augustiani in Sanctum Augustinum,  
 S. Guvilielmum Ducem Aquitaniae, S. Nicolaum de To-  
 lentino, S. Simplicianum Episcopum, Dominicani in Diuina  
 Thomam, B. Petrum Martyrem, S. Anthoniū, S. Vincen-  
 tium, B. Dominicum. Carthusiani in S. Bruonem Colonien-  
 sem, S. Hugonem Gratianopolitanum Episcopum, alium S.  
 Hugonem Lincolniensem Episcopum in Anglia. S. Lantui-  
 num, S. Amelinum Subaudum. S. Stephanum Diersem. S.  
 Basonem, S. Petrum Petronium Senersem & B. Gulielmū,  
 Cistercienses non modo in primipilum Sanctum Bernardum,  
 sed & in Sanctum Robertum Abbatem Molisimensem, San-  
 ctum Hugonem Episcopum Antisiodorensis, S. Guviliel-  
 mum Abbatem fontis Ioannis Bituricensis Episcopum, S.  
 Thomam Cantuariensem, S. Edmundum Episcopum, Hemi-  
 radenses in Treverensi Diocesi in Sanctum Dauidem mo-  
 nechum, Præmonstratenses in Sanctum nobilem suum Nor-  
 bertum, Faanciscani non modo D. Franciscum, sed & in  
 quinque fratres Martyres, Berardum, Petrum, Accursium,  
 Adiantum, Othonem, Sanctum Bernardinum Confessionem,  
 Sanctum Antonium de Padua, Sanctum Ludovicum Epi-  
 scopum, Sanctum Ludovicum Regem Francorum, San-  
 ctum Iuonem Canonum Doctorem, Cruciferi in suum Qui-  
 riacum Episcopum Hierosolomitani Carmelite fratres  
 in SS. Andream Episcopum fefulanum, Ioannem Patriar-  
 cham Hierosolomitani, Bertholdum, Albertum, Cyrillum  
 & alios plures, Regularis in Thomam Kempisium & innu-  
 merabilem pene aliam multitudinem sanctorum 53. Ponti-  
 fices, vnde cum partim Imp. partim reges & Duces Doctores  
 86. Canonici ad S. Apostolos ipsos tanquam ad cynosurā sco-  
 pum & propositū Archetypon respiciunt. ad eorum exempla,  
 more &

mores, vitam, studia & Disciplinam conformare & accom-  
 modare nituntur, totoque conatu moliuntur, ne spurij suorum  
 patrum & illegitimi filij sint ac habeantur, vt cum radices  
 firmas per sanctos suos Canonizatas posuerint in caelis ile-  
 gitimam & veram more maiorum monasticam Disciplinam  
 etiam obseruauerint, non valeant furore Caluinistarum e-  
 radicari in terris. Imitabuntur Reuerendissimi PP. S. Ab-  
 salonem Sprincheerbaccensem Abbatem, qui sua etate in  
 isto monasterio sepultam Disciplinam excitauit, exstinctam  
 accendit, mortuam viuificauit, quod diuino quodam miracu-  
 lo initio suae electionis comprobatum fuit. Auctor est e-  
 nim Trithemius de viris Illustribus in vita S. Absolonis  
 Abbatis, quod cum Absalon absens in Abbatem electus esset  
 ad Cœnobium primo accederet, miraculosè omnes monacho-  
 rum candelae exstinctae fuerunt, vna excepta, quae sola arsi-  
 & designabat vt Trithemius explicat Disciplinam aliorum  
 monachorum penitus exstinctam per hunc S. Absalonem re-  
 accendendam. Etem illa vna candela (designans recentem ele-  
 ctum nouum Abbatem Absalonem) adhuc vehementer ar-  
 dens flammamque emittens omnes alias religiosorum can-  
 delas reaccendit Imitabuntur Heliam zelosissimum & ser-  
 uentissimum apud Colonenses Abbatem simul Pantaleonis  
 & S. Martini, qui cum in vtroque monasterio eodem tem-  
 pore strictam & seueram obseruaret exerceretq; sub Archie-  
 piscopo Pilgrino Disciplinam, monachi eius Canonicam seue-  
 ritatem exosam habentes, accusant ipsum apud Pilgrinum,  
 eundemque eò instigando impulerunt, vt parum absuerit,  
 quin Pilgrinos pium aestuantemque zelo discipline virum  
 vrbe Coloniensi depelleret. Sed horrendum quod accidit mi-  
 raculum attendite imisque pectoribus insigite. Sanctus enim  
 vir Helias zelo Heliae prophetae simillimus nihil territus  
 minus Archiepiscopi aut monachorum rebelliam & inobe-  
 dien-

PRÆFATIO.

rium detractionibus clandestinis susurris & murmurati-  
 bus atque supplantationibus, constanti magno heroicoque a-  
 nimo dixisse commemoratur. Si Christus in nobis peregrinus  
 est (erat enim Scotus natione eum sibi adherentibus obedi-  
 entioribus monachis) nunquam vivus sanus & incolumis Co-  
 loniam veniat Pilgrinus, quid accidit? Pilgrinus antequam  
 Coloniam venire, posset vitam cum morte commutavit, ve-  
 ram hanc admirabilemque historiam narrat integra fidei  
 Historicus Marianus Scotus sub earum Domini 1036. confi-  
 dant igitur constanter & firmiter Deo zelosi Archimandri-  
 tæ, nec animo vacillent, nec facile consternantur. si ob zelum  
 Disciplina aliqua adversa sibi accidere experiantur. Deus e-  
 nim æquissimus Iudex vindex acerrimus violatæ, corruptæ  
 & neglectæ Disciplinae, adcrit suo potenti divino auxilio &  
 gratia pijs ardentibusque Archimandritarum in conseruan-  
 da vel restituenda promovendaque Disciplina conatibus &  
 studijs. Armentur zelo Hebræ prophetæ, quem non ab exe-  
 quutione Disciplinae & iustitiæ deterruit impius Achab  
 aut Iezabel, respiciant S. Ioannem Baptistam qui Herodis  
 impij freudentem, iram non metuit. sed maluit caput amit-  
 tere, quam à reprehensione Regis crudelissimi abstinere. Se-  
 verinus Boetius insignis philosophus atque Theologus ab im-  
 pio Theodorico rege perpeti carceres & postea vitam po-  
 nere, pro zelo disciplinae non formidavit. Casianus eodem  
 zelo incensus ac inflammatum discipulorum cultellis ac pun-  
 ctionibus confossus martyrium subiit. Rabanus Maurus à  
 suis monachis Fuldensibus ob non dissimilem causam repu-  
 diatus cessit officio, confugit ad reges Galliae patronos suos  
 & postea Archiepiscopus Moguntinus creatus est, non ab-  
 horruit Esaias serra secari Amos clava interfici Zacharias  
 ante aram occidi Disciplinae gratia, Ieremias similiter in  
 carceres coniectus non erubuit. zolum Davidis testatur psal-  
 mus

Baronius  
 Tom-7. An-  
 naliū.  
 Prudentius  
 in Cassianus  
 martyre.  
 Trithemius  
 vide ad  
 Heb. c. 11. is  
 sine.

P R A E F A T I O .

mus centesimus decimus octauus, & sexagesimo octauo.  
 Pauli cap. 9. ad Rom. & 2. ad Corinth. cap. 1. Petri epi-  
 stola prima, capite 3. hortatur vos vt boni emulatores  
 sitis legis & Discipline Magni Christi zelus vos in flam-  
 met, qui à peccatoribus Iudeis, quorum peccata sine dissi-  
 mulatione assiduo reprehenderet crucis ignominiosissimum  
 penam sustinere non fuit grauatus. Moyses quanto zelo ex-  
 arserit Discipline Exodus Leuiticus, Numeri & Deutero-  
 mum clarissimè pluribus in capitibus testificantur. Caput  
 decimum libri quarti supra poterit Lectori beneuolo varia  
 exempla historica suppeditare de praestantissimis viris qui  
 magno zelo estuantes Discipline dira quæque perpessi sunt.  
 Amulor vos, inquit Paulus Apostolus amulatione Chri-  
 sti. David in psalmis zelus domus tue comedit me Obtestor  
 autem vos Admodum Reuerendos in Christo Patres per ip-  
 sa misericordiae Christi viscera. per afflictissimam spose  
 Christi, ob Caluinistarum rabiem ac furorem, extrema pe-  
 ricula & vltimam vrgentissimamque necessitatem, per  
 communem Ecclesiae salutem & protectionem vestris Re-  
 uerendis Paternitatibus creditam & commissam, vt Di-  
 scipline Ecclesiasticae & monastica restitutio serio vobis  
 cordi sit, eius accuratissimam rationem imprimis habeatis,  
 ob cuius neglectiõnem seu intermissionem haecenus Deus  
 multis in locis Caluinistas praeualere suo iusto iudicio per-  
 misit, vt omnia media & adiumenta, quibus huic pestife-  
 ra latè serpenti haeresi, quae iugulum vestrum potissimum  
 petit, tot Abbantias absorpsit deglutiuit, ad alias deuoran-  
 dus quotidie inhiat, resistere & occurrere possitis omni stu-  
 dio, diligentia, sedulo inquiratis ac inuestigatis, eoque con-  
 tendatis communi coniuncta confederata opera consociatis-  
 que viribus precibus & sacrificijs. Haec est illa ipsa presen-  
 tissi.

P R A E F A T I O.

tissima pestis, quae scripturarum integum utis obuoluta &  
 pallijs vestita longè seuit acrius, ardet vehementius, spar-  
 gitur indies latius, quam olim vnquam Arrianismus cum  
 hac blanda & callida meretrice Antichristi prostroma scor-  
 tantur iam reginae, Principes, Comites, nobiles, provin-  
 ciæ & integra diuersæ plurimæ imperitaque plebeculi. Ad-  
 uersus hanc docendo scribendoque assiduum nunquamque,  
 quamdiu vixero, intermittendum bellum gero, eorum do-  
 ctrinam totam in Institutibus Ioannis Caluini & Locis  
 Communibus Petri Martyris comprehensam magna iam ex  
 parte constanti; Politiam seu Disciplinam in Synhodi Belgicis &  
 Gallicis M. S. & editis de Politia varijs libris  
 contentam ( ad has enim duas partes Doctrinam & Disci-  
 plinam vniuersa Caluinistarum heresis præcipuè refer-  
 tur) reprehendi atque explosi, maioriq;e adhuc studio &  
 diligentia resellam, Officia nostra Ecclesiastica latissimè  
 confirmari, Caluinistarum, Lutheranorum & aliorum He-  
 terodoxorum repudiari Doctrinam Catholicam ex testi-  
 monijs D. Hieronymi ante plures annos communius & con-  
 stabilius, in apertam etiam lucem protuli. Sed quis sum ego  
 ad restanti momenti præstandas tantorum Prælatorum  
 destitutus auxilio, quorum hic non minus sed multò etiam  
 magis, quam mea causa agitur, Vestrum igitur auxilium co-  
 lendissimi obseruandissimiq;e Patres enixissimè humillime-  
 que in communi causa imploro, vt mihi assiduò laboranti  
 contra hunc Cerberum tricipitem adsitis, calcarea addatis,  
 exstimuletis, multò alacriorem reddatis, vt quod fidenter  
 Deo inspirante cœpi, Deo & vestris reuerendis paternitati-  
 bus adiuuantibus perficere & absolucere commodius facilius-  
 que quam celerrimè possim. Deus Optimus Maximus om-  
 nium bonorum operum largissimus remunerator erit merces  
 vestra

vestra



P R A E F A T I O.

vestra magna nimis, & non modo in hoc sed etiam in futuro seculo largissima manu retribuet, qui vestras Reuerendas nobiles Paternitates ad vtilitatem monasteriorum vestrorum obseruantiam strictae Discipline sacrorumque Dei officiorum in diligenti & fideli longeva administratione contra rabiem & furorem Calvinistarum vobis assiduo insidiatum sanas & incolumes semper tueatur. Datum Coloniae anno redemptionis humanae Millesimo duodescentesimo ipsis Kalend. Iunij.

Vestr. Reuerendiss. Paternitatum  
humillimus cliens

Cornelius Schultinge  
Steinvvych

DE

# DE DISCIPLINA ET POLITIA ECCLE

SIASTICA EX OFFICIIS SACRIS  
& ministerijs diuinis ac homilijs, quæ in  
Ecclesijs pro lectionibus legi  
conlueuerunt.

## C A P V T I.



**I**N officio Matutino festi Dedicatio  
nis Ecclesie in 3. Nocturno in ultimo  
Responsorio inter cætera canitur &  
oratur, vt sit in domo Ecclesie spiri-  
tualis Disciplina & obedientia. & in Collecta  
sacra in Octaua Epiphaniæ rogamus, vt per Chri-  
stum, quem foris nobis similem cognouimus, in-  
tus reformari valeamus vel mereamur: similis  
locus est in epistola ad Romanos cap. 2. vbi Pau-  
lus grauiter contra tales Iudæos detonat, qui cum  
alios reformare vellent, ipsi eorundem vitio-  
rum rei fuerunt depræhensi. Si autem tu Iudæus  
cognominaris, & requiescis in lege & gloriaris  
in Deo, & nosti voluntatem eius & probas vti-  
liora instructus per legem, confidis te ipsum du-  
cem esse cæcorum, lumen eorum, qui in tenebris  
sunt, eruditorem insipientium, magistrum infan-  
tium habentem formam scientiæ & veritatis in  
lege. Qui ergo alium doces, te ipsum non doces?  
qui prædicas non furandum furaris? qui dicis nõ  
moechandum, moecharis? qui abominaris idola,  
sacrilegium facis? qui in lege gloriaris, præua-  
brica-

Fff

brica-

ricatione legis, Deū in honoras? &c. vide Timotheū initio Refor. iuxta ordinem Tridenti. Concilij in Psalmo 118. Bonitatem, Disciplinam & scientiam doce me. Cupit doceri Disciplinā morum magistrā, Cum Disciplina Dei sit castigatio delictorum nostrorum vt etiam ait Ioannes Calvinus lib. 3. Institut. cap. 4. vers. 31. & 32. 33. 34. 35. loquitur Deus per os Dauidis in psal. 88. Misericordias domini. si dereliquerint filij eius legem meam, & in meis iudicijs non ambulauerint, si iustitias meas prophanauerint & mandata mea non custodierint, visitabo in virga iniquitates eorum & in verberibus peccata eorum. Misericordiam autem meam non dispergam ab eo, neque nocebo in veritate mea, neque prophanabo testamentum meum & quæ de ore meo procedunt, non faciam irrita, Gregorius Magnus in homilia super Euangelium Lucae de Euangelistis. Designauit discipulos & mittebat binos ante faciem suā, carpit Ecclesiasticos qui nec oratione, nec prædicatione iuuant Ecclesiam, & reprehendere ac increpare potentes non audent, ne stipendijs & muneribus ab ijs priuentur, & tamen oblationes ab Ecclesia recipere minimè erubescūt, quæ oblationes ideo dantur, vt orent prædicent & Disciplinam exercent & reprehendant negligentes in officio tam potentes quam infirmos in psalm. 93. Deus ultionum dominus? &c. Qui corripit gentes non arguet? qui docet hominē scientiam. hic locus manifestus de Disciplina Dei & in Hymno Plasmator hominis. Deus qui legitur feria 6. ad Vesperas, Repelle à seruis tuis, quicquid per  
 immun-

immunditiarum, aut moribus se suggerit, aut actibus se interfert. Totum Canticum Moyſi Deuterio nomij c. 32. Audite cœli quæ loquar, &c. quid est aliud, quam increpatio populi Iſraelitici propter neglectam Diſciplinam in pſal. 117. Conſitemini domino quoniam bonus Caſtigans, caſtigans me dominus & morti non tradidit me dicit & in alio pſalmo David Iſraelitas propter iniuſtitias ſuas id eſt neglectam diſciplinam humiliatos eſſe. Feria 2. Quadrageſimæ in Collecta ſic mentio cœleſtis Diſciplinæ. Conuerte nos Deus ſalutaris noſter, & mentes noſtras cœleſtibus inſtruedi diſciplinis. in alio quodam pſalmo 49. quia odidi diſciplinam & proieciſti ſermones meos retrorſum &c. ideo arguam te & ſtatuum te contra faciem tuam. Feria tertia poſt Dominicam Inuocauit homilia da ſicu, quæ non faciebat fruſtrum & proiecta eſt in ignem agit contra indiſciplinatos & de eorum punitione. In Iure Canonico axiomata eſt & ſupra ex Decretis allegatū: Error cui non reſiſtitur approbatur, &c. Qui culpam non redarguit, ei conſentit. Leo Pontifex in homilia Dominicæ 2. Quadrageſimæ agit de Diſciplina omnium virtutum in Quadrageſima maxime ſeuerius exequenda & de cenſura proprii iudicij. In pſalmo ſeptuageſimo ſecundo. Quam bonus Deus Iſrael. Et fui flagellatus tota die & caſtigatio mea in matutinis monentur pſalmo iſto pij, ne offendantur temporarijs ſcelicibus ſucceſſibus impiorum, qui omnem Diſciplinam contemunt. Huc quoque pertinet Collecta iſta Eccleſiaſtica inſignis pro delendis peccatis.

Parce domine parce peccatis nostris, & quamuis incessabiliter delinquentibus continua debeatur poena praesta, quaesumus, vt quod ad perpetuum meremur exitium, transeat ad nostrae correctionis auxilium, & tentationem, quam pro peccatis nostris cognoscimus super nos praeualere te miserante sentiamus cessare in psalm. 96. Dominus regnavit exultet terra dicitur iustitia & iudicium correctio sedis eius. alia versio habet stabilimentum. vnde colligimus firmamentum & stabilimentum Ecclesiae esse Disciplinam, sicuti disciplina & iustitia Dei est stabilimentum throni Dei. In Homilia Dominicae 3. post Pentecosten 34. Gregorij vera iustitia compassionem habet, falsa dedignationem, quamuis & iusti soleant recte peccatoribus indignari. sed aliud est, quod agitur typo superbiae, aliud, quod zelo disciplinae. Indignantur enim, sed non indignantes desperant, non desperantes persecutionem commouent, sed amantes: quia & si foris increpationes per Disciplinam exaggerant, intus tamen dulcedinem per charitatem seruant. huc etiam pertinet Collecta in Vigilia Paschae seu Sabbatho sancto. Deus, qui in omnibus Ecclesiae tuae filijs sanctorum prophetarum voce manifestasti in omni loco dominationis tuae satorem te bonorum seminum & electorum palmitum esse cultorem; tribue quaesumus populis tuis, qui & vinearum nomine apud te censentur & segetum, vt spinarum & tribulorum squalore reseccato, digna efficiamur fruge foecundi per d. n. i. ch. & de Visitatione domini pulcherrime dicitur in versic. vltimo 2. Nocturni in Officio

ficio omnium Animarum. Visitatio tua domine custodiuit spiritum meum. De obseruando tempore Visitationis ex homilijs ad Euangelium Dominicæ 10. post Octauam Pentecostes ex capit. 19. Lucæ, vbi causa exponitur excidij Hierosolomitani neglectus Visitationis, &c. Quia si tu cognouisses tempus Visitationis tuæ, &c. sed hæc iam ab oculis tuis abscondita sunt videantur & consulantur in hunc locum Doctores Ecclesiæ & recentiores Homiliarij, Deus semper præmisit concionatores ante punitionem suam, visitationem & disciplinam. in Cantico Zachariæ Benedictus Deus Israel quia visitauit nos. Prouerb. ca. 3. Fimi mi noli deficere à disciplina domini & ne fatigeris dum ab eo argueris. Quem enim diligit dominus corripit & quomodo pater in filio cõplacet sibi & Prouerbiorum 6. cap. Audi fili mi Disciplinam patris & ne dimittas legem matris tuæ Eleganter venerabilis Beda in Lucæ cap. 22. libr. 6. capite 22. Pius magister discipulis formam, quam sequantur, humilitatis modesta ratione præscribit, in qua tamen forma obtinenda maiores & præcessores, id est Doctores Ecclesiæ non minima discretione opus habent, ne videlicet regum gentium instar, dominari subiectis, seq; ab eis gaudeant superuacuis laudibus attolli, sed ad exemplum regis æterni, quasi iuniores eis quibus regendis præsunt, efficiantur vt ministri, quia nimirum necesse est, vt sic bene agentibus per humilitatem sint socij, quatenus contra delinquentium vitia per zelum iustitiæ sint erecti, vt & bonis in nullo se præferant, & cum prauorum cul-

pa exigit, potestatem protinus sui prioratus agno-  
 scant. Ne enim præsentis animus ad elationem  
 potestatis suæ delectatione rapiatur, rectè per  
 Sapientem dicitur. Ducem te constituerunt, no-  
 li extolli, sed esto in illis quasi vnus ex illis, hinc  
 etiam Petrus ait non dominantes in clero, sed  
 forma facti gregis ex animo. D. Augustinus ob-  
 seruantiam bonæ Disciplinæ ex timore Dei &  
 prælati proficisci asserit. Chrysostomus autem  
 docet quam graue sit Prælatos suo malo exem-  
 plo alios ad peccandum inducere vide & Am-  
 brosium Dominica 6. post Pentecosten lectione  
 4. Seuerianus Episcopus in sermone de 8. Inno-  
 centium in Treuerensi Breuiario vocat quendam  
 sanctum Episcopum rectorem populi, morum  
 custodem & censorem Disciplinæ. In hymno fe-  
 riæ 3. post Vesperas feriales. Telluris ingens con-  
 ditor, Mentis perustæ vulnera, Munda virore  
 gratiæ vt facta fletu diluat, Motusque prauos at-  
 terat. In libro Sapientiæ dicitur Sapientia do-  
 catrix Disciplinæ. In vltimo psalmo ferie 5. No-  
 cturni Visita domine vineam tuam. Esaiæ cap. 10.  
 Quid facietis in die Visitationis & calamitatis  
 de longe venientis, ad cuius confugietis auxi-  
 lium. ibidem, Visitabo super fructum magnitu-  
 dinis cordis Regis Assur. id est, puniam eius arro-  
 gantiam. Leo in Sermone de Quadragesima Do-  
 minica. 7. quæ legitur iam ait seuerius & rigi-  
 dius virtutum exercenda Disciplina, eliminanda  
 & abradenda omnia vitia. nam rarò bonus inue-  
 nitur, qui hoc tempore non est feruentior. Gre-  
 gorius in homilia super Euangelium. Simile est  
 regnum

regnum coelorum thesauro abscondito. Quicquid iuueniliter hilarescit in mente, censura disciplinae coerceat, vt dum sponte temporalia fugitis aeterna cum gaudio facilius capiatis, In Officio Ecclesiastico de D. Hieronymo. D. Hieronymus correxit, statum totius mundi, populi & cleri iuxta sacrae scripturae normulas S. Maria moribus suis exhibuit Disciplinam teste Ambrosio & legitur in Officio de Praesentatione Hugo in lib. de Arca Disciplina est flos arboris virtutum Disciplina & correctio non ex odio sed ex amore prodire debet. tractat hoc argumentum diligenter Fulgentius in Electionibus de S. Stephano. B. Stephanus corripiebat & reprehendebat acerrime Iudaeos, & pro iisdem tamen ex chritate orabat.

## CAPITVLVS II

*De Disciplina Canonica plura collectanea ex scripturis quam fuerunt allata, libro 3. cap.*

20. 21. 22. 23.

**P**rouerbiorum vide 29. cap. Virga & correctio tribuit sapientiam puer autem qui dimittitur voluntati suae, confundit matrem suam. Ecclesiastici, cap. 30. Equus indomitus euadit durus, & filius remissus euadet praecipuus. Lacta illum & patientem te faciet, lude cum eo & contristabit te, non illi corrideas, ne condoleas, & in nouissimo obstupescant dentes tui. Curua eius ceruicem in iuuentute, & tunde latera eius, dum infans est, ne forte induretur, & non audiat te & erit dolor anime tuae.

Fff 4 Artem.



Artem quandam & formam Disciplinae seu modum praescribit Paulus 1. Corinth. 4. Hæc fratres transfiguraui in me & Apollo propter vos, vt in nobis discatis, ne supra quam scriptum est, vnus aduersus alterum infletur pro alio. Quis enim te discernit? Modus est sub prosopopæia suæ propriae vel alienæ personæ proximum emendare. In Iona propheta capit. 1. quis sit causa tempestatis in Ecclesia, & quomodo calamitatibus per exercitium Disciplinae sit occurrendum sub typo & figura Ionæ delineatur, qui ait. Projicite me in mare & cessabit tempestas Lucae ca. 3. Ioannes Baptista concionatur, securim disciplinae ad radicem arboris positam, vt amputentur & abscindantur vitia & abusus. In Cantico Ezechiae cap. 28. Esaiæ corripies & viuificabis me, verè disciplina & correctio hominis viuificatio, renouatio & iustificatio est. Hieremias 1. cap. Constituam te super gentes, vt euellas, plantes & edifices. videantur in eum locum interpretes. Hieremias 2. cap. A seculo confregisti iugum meum rupisti vincula mea, sub omni ligno frondoso prosternebaris meretrix. Iugum illud & vinculum Disciplina est, de quo loquitur propheta. docet in eodem capite propheta propter neglectiōem Disciplinae, prouincias regna, ciuitates, Diocæses dari in prædam Disciplinae, ait ibi Hieremias, non receperunt, & paulò post, quare israel factus est in prædam. vide totum cap. 2. Hieremias. Hieremias cap. 5. iterato repetitur. Nunquid non super his visitabo ait dominus. peccata vestra prohibuerunt bonum à vobis. Filij Belial id est sine iugo vocantur 1. libro Regum

Regum, qui exeunt in Disciplinam. vsurpant illi  
 voces dæmonum, de quibus apud Euangelistam:  
 Iesu cur venisti ante tempus nos torquere? Paulus  
 ad Titum cap. 1. Constitui te Cræte, vt ea, quæ reli-  
 qua sunt, corrigas. Heli 1. Reg. c. 3. punitus ob non  
 seruata Disciplinam, eò quod indignè nouerat  
 agere filios suos & non corripuerit eos: in hunc  
 locum legatur Gregorius Magnus supra allega-  
 tus copiosè. Act. c. 13. & in seqq. describitur Visita-  
 tio Pauli & Barnabæ. Genes. ca. 31. verba Iacob ad  
 Laban: Diu noctuque vrgebar gelu & æstu fugie-  
 batque somnus ab oculis meis loquitur de vigili  
 custodia ouium. 33. c. lib. 2. Paralip. vide oratione  
 Manassis. apud Prophetam Hierem. percussi eos  
 & non doluerunt, nec voluerunt recipere Disci-  
 plinam. Ezech. cap. 34. Ecce ego ipse visitabo oues  
 meas, sicuti visitat pastor gregem suum. Melius est  
 à sapiente corripiri quam stultorum adulatione de-  
 cipi, Eccles. c. 7. De vindicta pœnitentiæ Discipli-  
 na agit Paulus 2. Cor. 7. ca. Pœnitentia, ait, quantã  
 operatur vindictam? Hier. 2. c. Sine causa filios ve-  
 stros percussi, disciplinam non receperunt. in He-  
 braico sensus est, ait B. Hieronymus. Ipsi qui sunt  
 percussi disciplinam recipere noluerunt. in 70.  
 verò ideò filios vestros percussi, vt eorum nece  
 vos erudiremini, & ne fortè diceretis, peccantes  
 corrigere noluiti, plagis discite filiorum vestro-  
 rum, quod austeriori vos cupierim curare medi-  
 camine seu cauterio. Lucæ 3. ca. ait Ioannes Bapti-  
 sta in concione sua. Deus tenet ventilabrum in  
 manu sua, vt aream suam, id est, Ecclesiam purget  
 2. Reg. ca. 7. Virga humana vocatur Disciplina pa-  
 terna.

terna. 4. Reg. c. 19. Inijciam hamum & frenum, ve  
 ducam te quo voluero, sicut piscator piscem ex  
 qua trahit, & eques equum ducit quò vult. Esaia  
 24. ca. in fine: & congregabuntur congregatione,  
 sicuti vincti in carcerem & in clausura recluden  
 tur, & post multos dies visitabuntur. Nemo potest  
 eum corrigere, quem Deus despexit Eccles. c. 7.  
 Esaia 26. c. via iudiciorum Dei vocatur castigatio  
 & disciplina. & c. 28. Esa. per duplicē simili  
 tudinem exornat Disciplinam, nempe seminis, quod  
 partim trituratur, partim per molarem lapidem  
 minuitur. Tribulix & rastra sunt Prælati. Esaia c.  
 41. Disciplina Dei per similitudinem explicatur  
 ca. 48. Esaia: Fructum castigationis & Discipline  
 explicat Ieremias c. 6. Omnes prophetarum con  
 ciones agunt præcipuè de disciplina post minas  
 & Promissiones. Hierem. 6. c. pulchrum simile de  
 Disciplina & Prælato, quomodo ob maliciam fru  
 ctum non adferat. Hier. 9. ca. Dei disciplina voca  
 tur amara lit. f. ardens ac acuta lit. c. & d. Hier. ca.  
 31. appellatur vitulus indomitus, qui disciplinam  
 non admittit. Zach. 13. ca. Meliora verbera amici,  
 quam fraudulenta oscula inimici. In Prouerbijs  
 Salomonis per omnia & singula capita est turpiu  
 morum castigatio. Prouerb. 9. c. Da sapienti casti  
 gationem & adhuc sapientior erit. Prou. 17. c. Stul  
 tus plagis non emendatur. Eccles. cap. 7. Per tristi  
 tiam vultus corrigitur animus delinquentis. Se  
 ueritas magistratus laudatur. Prouer. 25. c. Retina  
 culum timoris soluitur per improborum mole  
 stias. Iob c. 30. & 31. c. laudatur Iob quod corripue  
 rit delinquentes. De Dei disciplina in homine  
 lega

legatur Iob c. 33. Ezech 9. ca. Appropinquauerunt  
 Visitatores vrbi. & mox ibidē: A sanctuario meo  
 incipite. plura loca scripturarum de Disciplina  
 require in Locis communibus Biblicis antiqui  
 Theologi Defensoris, & in Pandectis Bibliorum  
 seu scripturæ Patris Antiochi Hom. 82. 109. 111. 123.  
 124. & in Collectaneo Bibliorum Ioannis Pecha-  
 ni li. 1. c. 2. 4. 35. 36. l. 2. c. 5. 6. l. 4. c. 57. 58. 59. 67. 97. 103.  
 104. 107. 108. 109. 110. in Euangelistario Maruli li. 1.  
 c. 24. l. 7. c. 3.

## CAPV F III.

*De oppositu Disciplina & repugnantibus.*

**T**Ales sunt vulpes quæ demoliuntur vineam  
 Domini, hypocritæ simulatores, ficti Prælati.  
 vide in Eruditorio exercit. in Roseto. vide in Spe-  
 culo Fatuorū, num. 53. de fatuis incorrigibilibus,  
 seu Osoribus Disciplina. & in Turba 21. De malè  
 corripientibus. Plebs & clerus sine disciplina in-  
 ter 12. abusus numeratur à Cypriano in fine ope-  
 rum eius aduersatur Disciplina criminibus ha-  
 benas magis laxare, quam contrahere, & neruum  
 disciplinae dissoluere, nimium stringere vel ni-  
 mium laxare: nam vt habet prouerbium: Si laxes  
 erepit, si stringas erumpit. Cyclosum vita maxi-  
 mè infesta Disciplina. Nimia bonitas & clemen-  
 tia Theodosij reprehensa, quod daret occasionem  
 delinquendi. To. 4. Annal. Baro. f. 613. 614. Morbi &  
 vitia Ecclesie cum malis humoribus comparan-  
 tur corporis, & disciplina cum medicina salubri  
 comparatur. vide librum 1. Confusionis Calui-  
 nianæ Scoticæ ca. 4. folio 18. apud Hamaltonium.  
 Prouer.

Prou. ca. 5. Cur detestatus sum Disciplinam & increpationibus non acquieuit cor meum, nec audiui voces docentium me, & magistris non inclinaui aurem meam. & in fine ca. 5. Iniquitates suas capiunt impium & funibus suorum peccatorum constringitur ipse morietur quia non habuit disciplinam & in multitudine stultitiæ suæ decipitur, aduersatur Discipl. colare culicem & deglutire camelum parua emendare, magna negligere.

## CAPVT IV.

*De neglectione Disciplina in Ecclesia.*

**F**idei maiorem curam esse in Ecclesia quàm morum Stapletonus conqueritur in Oratione de Hæresi. Vitia Prælatorum causæ persequutionis Ecclesiæ in Comm. Harm. Euang. to. 2. Beauxamis fol. 629. b. & 631. & ob neglectam disciplinam Canonicam vilescit ordo Ecclesiasticus, ibid. f. 28. b. 29. a. Sacerdotium continet regnum, exciso sacerdotio excinditur regnum, translatio regni translatio sacerdotij, timendum regno cum se sacerdotes indignè gerūt. ibi. 28. b. Calvinus in c. 7. Olexa. In Papatu nulla est doctrina quæ sit instar cauterij, vel quæ sanguinem eliciat, quoniam quiescunt Papistæ in suis fecibus, ideo non apparet eorum peruersitas, sed hoc testimonium retorqueri poterit in Calvinianos vt ostendimus supra c. 8. li. 6. & demonstrabimus latius suo tempore. Ioannes Gerson Cancellarius Parisiensis in 1. Parte operum suorum 75. recenset abusus in Ecclesia, qui oriuntur ex Disciplina neglectione, quem consulo quia locus paulò prolixior.

CAPVT

## CAPVT VII.

*Quoniam tempore Disciplina magis floreat in Ecclesia, an tempore prospero & tranquillo, an tempore aduerso.*

**T**empore persecutionis fidelium perfectissime floruisse Disciplinam præclare & eleganter multis productis testimonijs Antiquitatis docet D. Petrus Emotte Parisiensis lib. 3. Professionis Catholicæ fidei c. 62. idem ex Cypr. audiuius supra lib. 1. c. 8. tempore enim belli & persecutionis maxime viget, & tempore pacis & prosperitatis marcescit. hinc in antiqua Collecta pulchre sic orat Ecclesia. Deus regnorum regumque omnium dominator, qui nos & percutiendo sanas & ignoscendo conseruas, prætende nobis misericordiam tuam, vt tranquillitate pacis tua potestate seruata, ad remedia correctionis vtamur: solent enim homines tempore pacis luxuriari & voluptatibus nimium indulgere. Possuinus lib. 9. c. 7. Bibliothecæ selectæ sequentia habet verba Gregorij Magni lib. 7. ca. 8. & 9. Irrigatio cessat vbi arbor radices agit, & quod uon valet sacerdos efficere per Doctorem sermonem (ait Isidouas) iam potestas hoc debet implere per Disciplinæ terrorem. In Pontificali dicitur quod nostrorum temporum defectus non patitur manere censuram veterum canonum. vide tom. 3. Annal. ad annum Christi 311. quomodo pacis tempore floreat Ecclesia apud Baronium & tom. 6. Annal. fol. 460. tempore difficillimo nihil fuit remissum de pristino vigore ac disciplina.

CAPVT

## CAPVT VI.

*Ob malam disciplinam non statim deserendam esse Ecclesiam.*

**P**ropter malos mores & neglectam Disciplinam non statim esse Catholicam fidem relinquendam, docet Franciscus Horantius lib. 6. ca. 8. Locorum Catholicorum contra Institutiones Caluini, sed & hoc idem docet Ioannes Caluinus contra Anabaptistas lib. 4. Instit. ca. 1. circa finem. Horantius autem loco citato fol. 174. de medicina Disciplinæ differens, agit contra hæreticorum malam mentem, dum corruptos mores ipsi Ecclesiæ obiectant. legatur epist. 54. Augustini ad Macedonium de Correctione. De eadem materia seu questione agit & Ioannes Caluinus lib. 4. Institut. ca. 16. & Hieronymiana Confessio tom. 1. cap. 6. artic. 8. In Censura Orientali cap. 15. per malam Disciplinam non omnino tolli doctrinam. vide ibid. cap. 21. de Ecclesiastica Disciplina & Hieronymianam Confessionem tomo 2. c. 3. art. 6. testimonio 4. de correctione.

## CAPVT VII.

*De latitudine & amplitudine argumenti vtilissimi de Disciplina.*

**H**oc argumentum sub se comprehendit iustam tractationem de Clauibus, Ecclesiastica Hierarchy, primatu Petri & successorum. De Iurisdictione Ecclesiastica, de Synhodo, Visitatione, examinatione, ordinatione, institutione ministrorum,

rum, de eorundem destitutione, causarum, cognitione, Ecclesie determinatione, criminum correctione, denunciatione, publica poenitentia, de mensura temporis, de Casibus Papalibus & Episcopalibus, de secreta satisfactione, de instauratione poenitentium, de suspensione, excommunicatione, irregularitate, Interdicto, de Absolutione seu Reconciliatione aliaque his cognata & affinia, sic vt complectatur diligentem & accuratam procuracionem doctrinae & Sacramentorum, rituumque & morum cum seria animaduersione spiritali in rebelles. Quae omnia petenda ex Prophetis & Apostolicis scriptis, ex Canonibus Conciliorum, ex antiquis, pijs doctisque modernis scriptoribus. De collapsa Disciplina passim conqueritur D. Bernardus, Basilius, Aluarus Pelagius in libro de Planctu Ecclesiae, Paulus Fuschius Episcopus Sarnensis, Hermes Letmatius, Thomas Stapletonus in Declamationibus Quod lubeticis vbi etiam docet Protestantes non esse Reformatores Ecclesiae.

*De distinctione Clauium.*

Vtramque clauem tam Ord. quam Iurisd. moderatur clavis scientiae & discretionis, cuius meminit D. Ambrosius ser. i. de Natali sanctorum Petri & Pauli, & de hoc Christus Lucæ ii. Vx vobis qui tulistis clauem scientiae, & ipsi non introistis, & eos qui introibant prohibuistis.

*De finitione Disciplina.*

Disciplina est diligens & accurata procuratio obseruationis administrationisq; doctrine & sacramentorum.



mentorū rituumque & morū Eccl. Cathol. cum seria animaduersione sed spiritali in rebelles & criminosos.

*De partibus Disciplinæ, diuisione. Discipl. Iurisd. decem capita complectitur.*

1. Synh. celebrationem.
2. Visitationem Eccles.
3. Examinationem ordinandorum.
4. Examinatorum ordinationem.
5. Eorundem ex iusta causa destitutionem.
6. Causarum Ecclesiasticarum cognitionem & determinationem.
7. Criminum coercionem vel per inquis. denunc. accusat.
8. Pœnitentiæ publ. dationem.
9. Pœnitentium reconciliationem post peccatam ex omni logesin.
10. Censurarum vibrationem & relaxationem & similia.

### CAPVT VIII.

*De corrupta olim Disciplina Curia Romana iam restituta per Trid. Concilium.*

**A**D Disciplinam spectat agere de Reformatione Curia Romanæ, de qua multi docti & pii veteres ac recentiores varias querelas protulerunt, vt præter cæteros D. Bernardus de Consideratione ad Eugenium. huc spectat Concilium deputatorum Cardinalium ad Paulum 3. in Tomis Conciliorum: scripserunt autem de Reformatione Romanæ Curia hi, quorum nomina sequuntur.

Primò

*Vide D. Bernar. querelas annotatas li. 1. inter excerptas sententias D. Bern.*

Primò Dominus Episcopus Brixienſis d Reformatione ad Papam Sium 2. Secundò Decreta Reformationum Martini 5. Sixti 4. Alexandri 6. Iulij 3. & aliorum Pontificum qui in Bullario Pontificum late habentur. Tertio Dionysius Carthusianus in libro de Reformatione Ecclesiæ. Quarto Gualterus Mapus in Papam & Curiam librum vnum scripsit, De malis Romanæ Curie librum vnum. claruit Anno 1210. Quintò, Iacobus Sadoletus Cardinalis & Episcopus de emendatione Ecclesiæ ad Senatum Geneuensem epistolam scripsit, quæ impressa est Argentorati Anno 1539. cum Ioannis Caluini Responsione. Sextò Ioannis Episcopi Chemensis Suffraganei Saltzburgenſis: Onus Ecclesiæ de 7. eius Statibus In folio Colonia, Anno 1583. Septimò Ioannes Hildesemensis Carmelita de monstris in Ecclesia Dei lib. 1. Octauò, Nicolaus Clemangis Doctor Parisiensis de corrupto Ecclesiæ statu. Nonò Petrus de Aliaco Episcopus Cameracensis libellum edidit de emendatione Ecclesiæ excusum in 4. Colonia etiam in folio Decimò, Petrus Damianus contra Episcopos simoniacos librum 1. & de simoniacæ hæresis confutatione librū 1. Colonia impressum apud Gymnicum edidit. Vndecimò Abbas S. Trudonis scripsit contra Simoniacos libros 7. Duodecimò Symmachus Papa Sardus natione scripsit de excessibus clericorum librum 1. Anno 515. Decimotertio Talhemij C cuius nomen proprium ignoratur) Theologiæ Doctor epistolam scripsit, in qua de vitijs Romanæ Curie conqueritur, eaque esse dicit reformanda, misit illam epistolam ad Conradum

Ggg

dum

dum Episcopum Moguntinum ex Erphordia Anno 1452. Occasionem scribendi dederat legatus Apostolicus Indulgentias anni Iubilæi annunciari. Concludit eam his verbis. Si Dominus Apostolicus & Apostolica Curia sua se reformaret vel reformatio generalis per Concilium generale fieret, facillimè membra Ecclesiæ in suo quæque statu reformarentur. Decimoquarto, Theodoricus à Nyen librum scripsit in folio de Reformatione Romanæ Curia, & M. S. idem extat in Bibliotheca Imperatoris. Porrò de Disciplina Ecclesiastica in genere & singulis eius partibus suspensione, excommunicatione, degradatione & de modo ac forma disciplinae agit prolixè Cæsar Barotto. I. Annal. ad Ann. D. 17. Petri 13. à p. 497. ad p. 500.

## CAPVT IX.

*De Comparatione Scholasticae Disciplinae & Ecclesiasticae.*

**I**N vtraque praua natura flectitur & corrigitur. Melius persuadendo quam minis vel vi aut metu iuxta Terent. Mitionem in Adelphis Act. 1. scena 1. Pudore & liberalitate liberos, Retinere satius credo quàm metu. Et errat longè quidem mea sententia. Qui imperium credat grauius esse vi quod fit, quam illud quod amicitia stabilius adiugatur. Malè coactus qui officiū facit suum & quæ sequuntur. Lactant. de Ira Dei c. 13. puerorum peccata non coercere peccatum esse ait. In vtraque Disciplina in pluribus par & æqualis ratio est: quæ cōparatio inspectis locis prænominatis cuiuslibet facillima erit.

Pria-

Principio Rectores & Præceptores in scholis rectè in multis comparentur cum Prælati: habent enim utriusque ius virgarum, de antiquo iure Virgarum in Episcopis habes apud Cæsarem Baro. in Annalibus Eccles. to. 6. Annal. f. 577. deinde utrisque iure diuino debetur obedientia. tertio schola ipsa quoque quasi parua quædam Ecclesia, atque ita inter scholam & Ecclesiam multiplex instituti collatio posset. quarto utriusque rebelles sæpè experiuntur subditos. quinto utriusque propter disciplinam sæpè odio habentur. sexto utriusque difficilem quidem & arduam sed vtilissimam & maxime necessariam sustinent prouinciam. septimo non tam in præsentem, quam in futuram mercedè respicere & intueri debent. octauo ipsius Christi exemplum sequentur, qui vitiorum fuit obiurgator & reprehensor acerrimus. nono utriusque in fine exiguam gratitudinem sentiunt. decimo utriusque sunt positi tanquam scopi ad sagittam. vndecimo utriusque expositi sunt plurimorum præsertim improborum obloquijs & opprobrijs. duodecimo utriusque patres spirituales filiorum suorum appellantur. Disciplinam scholasticam in castigatione & punitione puerorum constitutam doctè & prolixè explicat Reueren. ac doctus D. nec minus disertus Theologus simul & I. C. D. Iacobus Middendorpius, Decanus nostræ Ecclesiæ ad S. Andræam in libris de Offic. scholast. lib. 1. c. 29. per 7. folia De castigatione & li. 2. c. 28. per 4. fol. ut castigati propter negligentiam aut vitia non offendantur, quæ omnia aptissimè ad Disciplinam Ecclesiasticam accommodari possunt.

*Disciplina exequutores odiosos esse multis mirabilibus exemplis historicis comprobatur.*

*S. Leodegar.  
ab impijs au-  
licis quod eo-  
rum vitare  
prebendere  
occisus est.*

**T**Estantur id exempla innumera antiquitatis, in primis B. Hieronymi quem Clerus Romanus ob id, quod eius vitia reprehenderet, in exiliū quodammodo persequendo post mortem Damasi ire compulit. Cleri Romani pars deterior in Hieronymum commota to. 4. Annalium fol. 676. Baronius in prima editione: Deinde Chrysofomi, qui ob eandem causam simili inuidia & odio laborauit, & quoque in exilium eiectus fuit. Simile legitur in vita S. Leodegarij & in Confilijs Iuris de Episcopo quodam Hispaniæ ea de causa occiso, cuius nomen modò mihi non occurrit. Vide admodum memorabile exemplum de Episcopo Narcisco tom. 2. Annalium Cæsaris Baronij ad annum Christi 199. qui tres calumnias passus decessit Episcopatu, erat enim seuerus in disciplina in 2. editione fol. 275. S. Benedictum sui monachi ob Dicciplinam veneno infuso poculo sustulissent, nisi benedictione & crucis signo occurrisset. Infinita exempla alia in promptu alijs facile occurrent in vitis Sanctorum.

De Archiepiscopo Mediolanensi Cardinali Borromeo sanctissimo refert Reuerend. in Christo quondã Pater Ioannes Franciscus Bonhomius Episcopus Vercellensis Nuncijsque Apostolicus ad German. partes in carmine heroico planè Virgiliano M. S. mihi olim ab eodem communicato, quod inscribitur Borromæus mirabiliter conseruatus, admirabile omninò exemplum. Nam cum  
pro

pro ardētissimo zelo quo ferebatur sanctissimus Archiepiscopus, nobile quoddam in suo Archiepiscopatu nobilium dissolutorum admodum, et sic ignobilium Dominorum Monasterium seuerè paterna virgula & ferula visitasset, & hac sua acrimonia istos vitæ laxioris iiberiores dominos offendisset, ad vindictā de Archiepiscopo sumendam vehementer incenduntur & inflammantur. Cōtigit quodam tempore Reuerend. Archiepisc. in sacello rem diuinam peragere. Aderat & intererat sacro vnus ex istis libertinis ignobilibus, nobilibus occultè facinus magnum in animo præmeditatum habens, & exequutioni, quantum in se fuit, demandauit. Etenim tormento aut glandine globi clam celebrantis Archiepiscopi dorsum à te tergo petit, sed diuina singulari prouidentia operāte Archiepiscopus à Deo protractus nullum dolorem sensit, telum non hæsit, nec transijt, verum cicatrix tantum parua relicta post facinus inuenta est. Ita Deus mirabiliter sanctum virum conseruauit. Anno Domini 112. Laudunenses Episcopum suum VValdricum interfecerunt feria 5. hebdomadæ sanctæ Paschæ in Processione Litanix maioris & domum eius exusserunt, quod per rigidam Disciplinam à iuramētis temerarijs eos reuocare conatus sit. S. Bruno Augustanus Episcopus à suis præbyteris manus, pedes & caput amputatus Anno D. 1009. obiit Martyr, quod eorum malos mores correxisset. Hæc duo memorabilia exempla narrat Christianus Massæus lib. 16. Chronicorum Mundi. Surius ad 6. Iuni in vita S. Norberti commemorat, quod non destiterit palam & prinatim

priuatim, oportune, importune, corruptos hominum mores & precipue Canonorum corripere hortarique omnes ut tempus sibi datum ad negotiationem salutis aeternae diligenter expendere. Cum autem multas propterea persecutiones & insidias pateretur, iterum sese ad Siegebengense coenobium conferebat, aliquando vero ad Canonorum monasterium, cui Roda nomen est, saepius autem ad Lidulphum quendam mirae sanctitatis & abstinentiae virum eremi que cultorem insignem Quinetiam Tertullianus quod Romanorum clericorum mores & vitia acrius reprehenderet magnam eorum inuidiam sustinuit, ut docet eruditissimus Pammelius in vita Tertulliani, unde & data eidem fuit occasio deficiendi ad dogmata Montanistarum, quanquam de causa eò ipsum impellente dissentiunt grauissimi auctores.

Compendium Suriij ad 25. Ianuarij. Sanctus Poppo Abbas Stabulensis dum ibi fluxos nonnullorum monachorum mores seueriore disciplina vellet deuincire, grauissimum in se odium multorum concitauit, sed vir Dei nullas hominum minas vel insidias timens perrexit strenue cum omni modestia & mansuetudine collapsa pietatis & monasticae vitae fundamenta restaurare. Biennium in ea vinea laborauerat, cum Herichoni Treuerensium apud S. Maximinum Abbati succedere, Imperatoris mandato cogitur ibi similis in eum imò grauior quorundam cum insidiandi copijs inuidia processit eorum videlicet, qui à mona-

monasticis obseruationibus per abrupta deflexerant. Cum enim sibi sub eo illicita non licere conspicerent consilia iniquitatis & sceleris plena de morte eius machinari cœperunt: & quidem præter alios non dico religiosorum, sed etiam prophatorum hominum auribus indigna eò impietatis processerunt, vt in apponendo beato viro cibis & potibus venenorum suorum vterentur admixtionē. Sed hæc Diaboli inuidia per nequitia suæ ministros conflata nulla morte Dei ministrum læsit, licet ipse multoties id ipsum gustare non refugerit. Eodem modo Helias Propheta & Ieremias, Moyses, Samuel, Esaias, S. Patriarcha Iosephus, Stephanus Archidiaconus, Christus, omnes Apostoli, Martyres &c. ob zelū disciplinæ & iustitiæ extrema quæque perpessi fuisse leguntur: sed notatu & memoria dignissimum Deum iustū iudicem de tyrannis & persecutoribus ac rebellibus meritas semper pœnas sumpsisse.

## CAPVT XI.

*De modo & forma Disciplinæ.*

**C**ontinetur hac Gnoma. Si laxes, erepit, si stringas erumpit. de qua sententia lege Pierium Valerianum in Hieroglyphicis doctè & eleganter disputantem: neque enim nimis laxè, neq; rigidè nimis procedendum est medium, hic tenuere beat: mediū aut̄ inuenire difficile esse docet Aristot. li. 2. Eth. Nam tempora nostra infirma



vix ferunt rigorem veterum Canonum vt ex Pontificali Coloniensi supra allegaui. ira & benignitas inter se temperanda & condienda sunt. vide supra lib. 1. c. 20. totum locum allegatum ex Pontificali Coloniensi. Vita Ignatij Laiolæ lib. 5. ca. 7. docet insigni proposito exemplo seueritatem cū benignitate coniungendam. Deinde adulti separandi, vt ex eo dolore resipiscant, iuuenes verò non separandi ne fiant contemptores disciplinæ. Socrates li. 4. c. 23. in vita Sancti Arsenij. formam & modum Disciplinæ pulchrè & eleganter vide apud Gratianum in Decretis per totam Distinctionem 45.

## CAPVT XII.

*Varia & Miscellanea quedam de Disciplina.*

**R**enatus Choppinus Andegauus I. C. & in Curia Gallica Aduocatus lib. 2. de Sacra Politia cap. vel tit. 1. de Pontificia Iurisdictione §. 1. doctre Ecclesiasticum Imperium à regali adiuuari & §. ultimo 22. Communi ope prælatorum ac Principum Reipub. statum conseruari ostendit. idem libri 2. titulo 2. §. 9. De Visitatione Dicecesis per Episcopum & Archidiaconum. & §. 11. & 12. 13. Quæ nam sint crimina purè Pontificiæ correctionis. mox idem libri 2. titulo 3. §. 2. Metuendas esse Pontificum excommunicationes. §. 3. Iudicati non solum nomine à censuris Ecclesiasticis non esse inchoandum. §. 5. 6. 7. 8. Cistercienses, Cluniacenses, Præmonstratenses exemptos esse à potestate Episcopali. §. 9. 10. Nummariam mulctam ab Ecclesiasti-

clefiastico Iudice reis purè simpliciterque infligi  
 non posse §. 11. Pontificio Iudici Criminum reos  
 torquere ius esse §. 12. Quo poenariū genere reo-  
 rum corpora plectantur in Curia Ecclesiastica §.  
 14. 15. Procuratio Politicæ Ecclesiasticæ penes Re-  
 ges ac Principes §. 16. 17. De sacerdotum Degrada-  
 tione §. 18. Detrusionis in Monasterium poena  
 §. 19. 20. 21. 22. Monastica vitæ professio per varios  
 terrarum Principes. Libr. 2. tit. 4. §. 1. De assertore  
 publicæ Disciplinæ tutelarium formula ex ap-  
 pellatione abusus ergo concepta, quam Cicero  
 vocat euerriculum omnium maliciarū quod ea  
 scilicet omnes fraudes è vita mortalium euerrā-  
 tur. & §. penult. eiusdem tit. 4. nempe 28. In cor-  
 rectione morum sententiæ executionem appel-  
 latione ex abusu non differri. Hoc casu edixit Re-  
 gia Ordinatio Francica, Anno 1593. & anno 1571.  
 modificata in Parlamento Parisiensi, callidum  
 appellationis per fugium rei iudicatę executio-  
 ni impedimento esse non debere. Quin Francica  
 hæc Constitutio è medijs Pontificiæ legis fonti-  
 bus hausta videri possit, idem dictante Alexandro  
 3. capit. ad nostram: De appellationibus & Inno-  
 centio 3. in Corcilio generali cap. irrefragabili.  
 De officio Ordinarij. eodem vergit sanctio Allo-  
 brogica, ne appellationis obtentu, quæ abusus  
 ergo fit. interposita Ecclesiastica morum Censu-  
 ra correctioque vinculum Ecclesiasticæ Discip-  
 linæ retardetur sicuti forensibus Sabaudicæ legibus  
 continetur. In titulo de Prouocat. onibus ex abu-  
 su Articulo 1. Reliquis porro casibus appellatio-  
 nis auxilium, præsertim, quæ ex abusus formula

fit concepta, fauorabiliter amplectuntur nostras magistratus Iure communi à correctione non appellatur, nisi corrector modum prætergressus sit, cap. reprehensibilis. De appellationibus. Idem lib. 2. titulo 6. §. 15. 16. Sacræ Politicæ curam à regū Principumque officio non abhorrere. & de eodem argumento tractat copiosè initio libri primi de sacra Politia: De mutuis Ecclesiasticæ & Regiæ potestatis officijs in *ὑποθεσία*, & in Præfatione tam ad lectorem, quam ad regem Galliarum & hoc lib. 2. cap. 6. §. 18. 19. De publica honorum præminencia inter Abbates & Canonicos Cathedralis Ecclesiæ. Libri 2. Titulo 7. §. 8. 9. Variæ Cœnobia legi Diocesanae Episcoporum eximi §. 10. 11. Moderati sumptus Visitanti Diocesano præstandi. §. 12. An Diocesano ius Visitacionis & Procuracionis præscribi possit ab Ecclesiasticis Episcopo inferioribus. §. 13. 14. Cœnobia quædam à Visitacione Censuraque Episcopi libera. §. 16. Cœnobiolorum Visitaciones & reformatiões ex mandato regionum magistratuum. §. 27. Quanta Regij cum Ecclesiastico imperio affinitas & confociatio. §. 29. De Angliæ Statutis Ecclesiasticis.

Libri 2. titulo octauo de Cœnobiarcha seu Regulari Monachorum præfectura. §. 1. Ciuilis Politicæ in Monachos vt in seculares clericos æqua potestas. §. 2. Generali Iacobinorum Magistro nõ licere patria & finibus vni eorum interdiceret. §. 6. Quantum à clericis monachi olim distarent. §. 13. Priorem Commendatarium in Monachos correctio-

rectionem non vti. §. 22. De Monachorum Visita-  
 ne & Monasteriorum per prælatos Diocesanos. §.  
 23. 24. De Abbatis in Monachos iurisdictione seu  
 coercitione. §. 25. 26. 27. 28. Coenobiorum reforma-  
 tio facienda per superiores Ecclesiæ præfectos. §.  
 29. 30. Eandem Reformationem auctoritate Ma-  
 gistratus sæpiusculè promoueri. Libri 3. Sacræ Po-  
 litix tit. 2. §. 20. In auaritiam clericorum. Lib. 3. tit.  
 4. §. 24. Aduersus laicos diuinum turbantes officium  
 in foro laico agendum esse. lib. 3. tit. 6. §. 10.  
 II. De temporali dominio & potestate Prælatorū  
 §. 4. Quanta Principi cura incumbat in rerum Ec-  
 clesiæ tuitionem. §. 13. De Syndicis Ecclesiæ §. 14.  
 In morū corruptelam præsentis ætatis. §. 21. Prin-  
 cipum officium in iuribus Ecclesiasticis conser-  
 uandis.

Libri I. Ecclesiasticæ Politix de singularibus  
 priuati cuiusq; moribus Politicis probandis ad  
 sacri ministerij functionem Ciuili magistratu ad-  
 iutore retinetur Catholicæ Disciplinæ neruus in  
 rebus externis quia magistratus est lex animata  
 & minister Dei. Est enim anima Christianæ Rei-  
 publicæ nil aliud, quam Politia, tãtam in ea vim  
 obtinens, quantam habet in corpore prudentia.  
 Id quod generatim expressum videtur ab Isocra-  
 te in Panegyrico *ἔστι γὰρ ψύχη πόλεως οὐδὲν ἄλ-  
 λο ἢ πολιτεία, τοσαύτην ἔχουσα δύναμιμ ὅσπερ ἐν  
 σωματι φρόνησις*, id est, anima Ciuitatis nil  
 aliud quam Politia tantam in ea vim habens,  
 quantam in corpore prudentia. Libri I. titulo o-  
 ctauo. §. 20. De Ecclesiæ Patribus, qui necdum  
 ini-

iniitiati, ad summas ipsius Ecclesiæ dignitates v-  
 no gradu sunt euecti. §. 21-22. Variorum Archidia-  
 conorum potestas & prærogatiua Archidiaconos  
 B. Clemens in epistolis & Euaristus vocarunt o-  
 culos Episcoporum cap. Diaconi 73. distinct. eos  
 Diaconos laudibus vesit Hieronymus ad Rusticū.  
 Carnutensis Archidiaconus ab Innocentio 3. ce-  
 lebratur sacrorū procurator & Ecclesiasticæ Di-  
 sciplinæ censor. In Decretalibus libr. 1. tit. 27. De  
 officio Custodis. His tribus Archidiacono, Archi-  
 præbytero & Custode munitur Ecclesiastica di-  
 sciplina c. 2. eodem: tit. 27. Galeni libellus, quem  
 admodum quis animi sui affectus corrigere possit  
 Helmæstadij apud Iacobum Lucium in 4. editus  
 est, & ad materiam de Disciplina pertinet.  
 Ad argumentum de Disciplina Ecclesiastica spe-  
 ctant quoque duo libri præstantissimi Alphonsi  
 de Castro de Potestate Legis pœnalis. etenim quid  
 est aliud Disciplina Ecclesiastica, quam pœnalis  
 delictorum coercitio autoritate potestatis Ec-  
 clesiasticæ facta. vnde Alphonsus à Castro pulchrè  
 ait in præfatione istorum librorum si pœnarum  
 terroribus non coerceantur homines à legum  
 transgressione, nimia licentia & impunitate ruēt  
 in omnia scelera. quoniam sublata legum & di-  
 sciplinæ potestate multò debilior & vilior pa-  
 tria erit, quam si omnes illius muri ad terrā pro-  
 sternerentur, & omnia tormenta bellica, quibus  
 omnes suos hostes à se propellere possent, proti-  
 nus confringerentur. Quoniam nisi leges vires  
 habeant, quibus homines ad bonnm impellere  
 & à malo valeant auertere & deterrere, tantò pa-  
 tria

tria erit hostibus peioribus peruia, quanto peiores hostes sunt vitia, quæ animum iugilant, quam alij, qui etsi corpus occidere possint, animæ autē ne tantillum incommodate valeant. Sunt enim leges præsertim pœnales, quæ potissimum patriam custodiunt, sunt muri ciuitatum, in quibus totum illarum præsidium constitutum est, sunt tormenta bellica, quorum terrifico tonitruo vitia, quæ, vt dixi, plusquam mille alij hostes, ciuitatibus nocere possunt, longissimè ab eis repelluntur. Multa præclara de Disciplina Ecclesiastica continet Archiepiscopale Bononiense Cardinalis Gabrielis Paloeotti Parte 1. per cap. 19. De officijs & partibus Episcoporum in exercenda Disciplina, in Parte 2. De Clausura Monialium, in Parte 3. De Pœnitentijs, De congregationibus casuum conscientie. In Parte 4. De Scrutinio in Synhodo Diocesana habendo pulchrè & latè sunt 77. Interrogationes in 6. capitibus, & in Concilio Provinciali Bononiensi 1. de Visitatione, De examine. De Monialibus. De congregationibus habendis singulis mensibus ad promouendam Ecclesiasticam Disciplinam, De Residencia per octo cap. De Visitatione per 4. cap. rursus de Scrutinio septem puncta, rursus de Monialibus 24. puncta, & inter alia puncta De Disciplina Monialium & Clausura, & in eadem Parte Quarta de Reformatione Concubinariorum. In Parte Quinta Congregatio pro Disciplina Monialium, Congregatio pro Visitatione, Congregatio pro rebus hospitalium. Congregatio pro Conuertitis & alijs locis pijs Congregatio Archipresbyterorū Dioceseos

ceseos

celesios Bononiensis, Congregatio Visitatorum Ecclesie & aliorum piorum locorum. Congregatio regiminis Conuictorum Seminarij. Congregatio regiminis Catechumenorum. Congregatio pro regimine hospitalis infantum expositorum. Variæ Confraternitatis laicorum ad reformationem & Disciplinam spectantes.

In Seminario Bononiensi de Morum Disciplina. Formula & modus viuendi Conuictorum seminarij. Regulæ à Conuictoribus seminarij obseruandæ, & in Statutis Societatis perseuerantiæ agitur de disciplina & forma exercitiorum Congregationis Oratorij. in parte 6. Archiepiscopalis Bononiensis de rebus tribunalis Archiepiscopalis ad Reformationem pertinentibus, De Visitationibus ciuitatis & Diocæsis, De Monasterijs sanctimonialium, De Pœnitentiarijs, De Visitationibus hospitalium, De confraternitatibus spiritualibus laicorum, Congregatio Reformationis ad sanctimonialia spectantis ubi ponuntur 12. Licentiæ pro 12. personis diuersis, quæ ad crates seu adloquutoria accedere poterunt & alia 6. Licentiæ pro ijs, qui vrgente necessitate erunt intra claustra monasteriorum admittendi, & in Congregatione Oeconomix Mensæ Archiepiscopalis, quæ sint curanda ab Oeconomis circa officium præfecti Domus & Disciplinam familiæ Archiepiscopalis denuò de Visitatione Summarium eorum, quæ ad Visitationem pertinent, summarium eorum, quæ ad Visitationem ab Archiepiscopalis ministris faciendam pertinent, & præcipuè de generali Visitatore, De Decretis Visitationum executioni mandan-

mandandis, De Vicarijs Foraneis. In Parte 6. & vltima quidecim habentur Orationes Cardinalis Palæotti disciplinales ad reformationē & emendationem diuersorum Statuum Mundi spectantes. In hoc prænominato pulcherrimo vtilissimoque opere continetur vera praxis gubernandæ & administrandæ Ecclesiæ iuxta decreta Concilij Tridentini. legito Partitiones Iuris Canonici seu Methodum D. Gregorij Tholosani de hoc argumento, & Anthonij Cucchi Pandectas Iuris Canonici. Adde his Acta Mediolanensis Ecclesiæ sub Carolo Borromæo in 3. Partes diuisa, vt refert Possevinus in Bibliotheca selecta libro quarto, capite vigesimo. Prima pars continet Acta quinque Conciliorum Prouincialium. Secunda pars complectitur octo Diocæsanis Synhodos & Instructiones varias nempe 20. in specie 1. fabricæ ac supellectilis Ecclesiasticæ. 2. prædicationis verbi Dei. 3. Oblatorum S. Ambrosij. 4. pro Confessarijs. 5. pro administratione Eucharistiæ. 6. pro Sacramento Confirmationis 7. pro initiandis Sacramento Ordinis. 8. pro celebratione Officiorum pro mortuis. 9. pro solennibus Processionibus. 10. pro Litanij triduanis. 11. pro solenni Processione Corporis Domini. 12. pro oratione 40. horarum. 13. pro oratione sine intermissione. 14. pro benedictione ædium. 15. Pro celebratione Iubilæi Anni sancti. 16. Ceremoniarum ad vsum sacerdotum pro Missæ sacrificio. 17. pro vsu notitiæ Status Cleri. 18. Ad vsum conficiendi Status animarum. 19. Ad vsum Vicariorum foraneorum. 20. Regulæ Congregationum  
fora-



foraneorum. Tertia Pars comprehendit Literas  
 Pastorales 1. in genere literas Pastorales. 2. in spe-  
 cie de Oratione Vespertina & ordine ipsius in-  
 stitutæ 3. De oratione sine intermissione & ordi-  
 ne eiusdem. 4. de Supplicatione & Oratione pu-  
 blica. 5. de Aduentu. 6. De Septuagesima. 7. de Ju-  
 bilæo Anni Sancti. 8. Literas Pontificias de Jubi-  
 læo Anni sancti concessas Ciuitati & Diocæsâ Me-  
 diolanensi. 9. Instructiones & Regulas ad vsum  
 Iubilæi sanctè celebrandi cum literis Pastoralibus  
 eiusdem generis 10. Literas Pastorales. 11. De  
 septem Basilicis Stat onalibus instar vrbs Romæ.  
 12. De gratiarum actione pro 7. Stationalibus Ec-  
 clesijs concessis. 13. Indulgentias certis Ecclesijs  
 Stationalibus Mediolan' concessas instar Basili-  
 cæ vrbs Romæ. 14. Ecclesias Stationales viris se-  
 paratim constitutas à foeminis. 15. Monitiones Pa-  
 storales impendente pestis periculo. 16. Indictio-  
 nem Supplicationum, ieiuniorum, pestis tempo-  
 re, & librum precum in pestilentia. 17. Literas Pa-  
 storales de Mendicis in vnum locum cogendis.  
 18. De Pietatis Deuotionisque exercitationibus  
 Quarantana tempore & Literas Pastorales de  
 Quarantena. 19. Literas Pastorales de asperfione  
 aquæ sanctæ & ædium benedictione. 20. Instru-  
 ctiones ad vsum benedictionis ædium. 21. Literas  
 Pastorales de barba radenda. 22. Literas Pastora-  
 les de Visitatione Cleri & populi ac de præpara-  
 tione. 23. Literas de ijs. qui vestes contagiosas sur-  
 ripuerint. 24. Literas Pontificias de Indulgentia  
 populo Mediolanensi concessas. 25. Literas Pasto-  
 rales de trib. solennibus Processionibus voti pu-  
 blici

blici causa. 26. Literas Pastorales de solenni Offi-  
 cio pijsque suffragijs pro defunctis tempore pe-  
 stis. 27. Librum Monitionum Pastoralium ad po-  
 pulum Mediolanensem. 28. Literas Pastorales de  
 Processionibus solennibus pro gratiarum actio-  
 ne peste extincta. 29. Literas Pastorales de obitu  
 Serenissimi regis filij. 30. Literas Pastorales plen-  
 as paternæ obiurgationis & cohortationis ad  
 tollendas morum corruptelas. 31. Literas Pastora-  
 les de translatione sacrarum reliquiarum. 32. Li-  
 teras Pastorales de Translatione sacræ Imaginis  
 D. Mariæ virginis & Sermonem Cardi. & Archie-  
 piscopi Borromæi in exequijs serenissimæ reginæ  
 Hispaniarum. 33. Regulas Confratriarum. 34. Pro-  
 rogationem Synhodi Diocæsanae & Prouincialis.  
 35. Indictionem trium synhodorum Diocæsana-  
 rum. 36. Prerogationes synhodorum Diocæsana-  
 rum. 37. Edictum de Visitatione. 38. Edictum con-  
 tra Concubinarios. 39. De clericis habitum cleri-  
 calem non induentibus. 40. De residentia. 41. De  
 hæreticis hæresumve nomine suspectis. 42. De fe-  
 storum dierum cultu. 43. De sacrosanctis Ecclesijs  
 44. Literas Monitionum de Dominica I. Quadra-  
 gesimæ. 45. Edictum & Decretum de Dominica I.  
 Quadragesimæ. 46. Edictum de obseruantia Qua-  
 dragesimæ. 47. Edictum de Bibliopolis & impres-  
 soribus. 48. Edictum de Ordinatione. 49. Varias  
 formulas administrandæ Ecclesiæ. Meminerint  
 Episcopi, Nuncij Apostolici & sacerdotes paro-  
 chi, vt tanquam ex locuplete penu quæ ad praxin  
 Episcopalem & parochialem pertinent, hinc ex-  
 cerpant & colligant, & capita præcedentia in

H h h

vsum

vsum transferant. Hæc triplicia Acta Mediola-  
 nensis Ecclesiæ per Carolû Borromæum Medio-  
 lanensem Episcopum vsurpata in suæ Ecclesiæ  
 administratione & edita, sunt similia & affinia  
 in pluribus magno Archiepiscopali Bononiensi  
 in quo agitur de Bononiensis Ecclesiæ administra-  
 tione per Cardin. Gabrielem Paloeottum. Ex-  
 trisque licet perspicere quam foelices sint popu-  
 li Cethim, qui tales nacti sunt Episcopos & Eccle-  
 siarum gubernatores. Præstantissimum remediû  
 Disciplinæ & iuandarum Paræciarum efficax &  
 commoda ratio vt securis ad radicem arboris  
 ponatur & per viam poli tentandum, ait Possen-  
 uinus li. 4. Bibliothecæ selectæ cap. 18. vt ipsi quo-  
 que Præfecti colla submittant virgæ Pastoralis, cû  
 conscientiæ hominum & animi sint quodâmodo  
 agri animati teste Clemente Alexâdrino in ipas  
 conscientias oratione, ieiunijs, cohortationibus,  
 confessionibus absolutionibus, blanditijs inte-  
 rius penetrandum erit. Possenuinus lib. 3. Biblio-  
 thecæ Selectæ cap. 21. enumerat elenchum aucto-  
 rum, qui scripsere de varijs Statibus hominum.  
 Quotquot autem Officia & mores Statuum ex-  
 plicarunt; ijdem Disciplinam etiam vniuscuius-  
 que ordinis exposuerunt. De Statibus autem plu-  
 res quam quinquaginta diuersos auctores reci-  
 tat. Quin & illi scriptores, qui Summas Casuum  
 Conscientiæ nobis reliquerunt ad argumentum  
 de Disciplina Pœnitentiæ spectant. tales recen-  
 set Possenuinus. lib. 3. Bibliothecæ Selectæ capite  
 22. penè septuaginta. Nec abhorrent ab instituto  
 & proposito nostro Isidori libellus & Docto-

ris Michaelis Thomafij de ratione habendarum Synhodorum. Alexander Farra. in Zoroastro seu de Dei Regno, Hieronymus Romanus de Repub. Christiana in 4. libris. Lensæus Belliolanus ait Disciplinam veteres Patres vocasse gubernaculum in tempestate Ecclesiæ vt supra in Cypriano & Leone audiuius.

De solerti & vigilantī studio restituendæ Ecclesiasticæ disciplinæ Gennadij Constantinopolitani Episcopi admirabile & memorabile admodum exemplum refert Cæsar Baronius to. 6. Annalium Ecclesiasticorum fol. 243. ad annum Christi 459. de clerico Ecclesiæ S. Eleutherij Martyris. qui cum nec increpatiōibus nec paternis flagellis emendari potuisset, accusauit eundē coram Martyre Eleutherio, vt ipse eum corrigeret aut præcideret, hinc in crastinum mortuus inuentus est scelerum opifex. Charisius teste Sophronio in Prato Spirituali cap. 145. & Nicephoro libr. 15. capite 23. Theodoro Collectore libro primo. Referuntur & spectant propriè ad nostrum argumentum de Disciplina libr. 8. Thomæ Bozij contra impios Politicos in quibus philologus ex varia lectione ex omni genere literarum & historiarum hoc argumentum versat, quod videlicet fœlicitas Ecclesiæ & omnium Rerum publicarum, regnorum & monarchiarum dependeat à Disciplina virtutum omnium & veræ coniunctę Catholicę religionis. illosque, qui disciplinam virtutum excoluerunt & veram vnicam religionem obseruarūt semper floruisse & temporalibus bonis etiam abundasse, contra qui honesta virtutum

Disciplina neglecta atque contempta & concu-  
cata Orthodoxa religione hæresibus adhæserunt,  
aut eas propugnarunt. à Deo fuisse punitos in ma-  
gnas calamitates & miserias coniectos, & ad ex-  
tremas angustias fuisse redactos. percurrit in hoc  
vtilissimo argumêto omnes partes philosophia,  
omnes facultates, omnes scientias, omnes monar-  
chias, omnes historias Hebræorum & Biblicas, vt  
nihil amplius in hac materia possit desiderari. an-  
tequam hi lihri octo fuissent editi & ad manus  
meas peruenissent, deprehendi postea meam ra-  
tionem & methodû tractandi de Disciplina con-  
sentire cum ordine & via Bozj, quæ res non exi-  
guam mihi attulit voluptatem, meas videlicet  
meditationes cum tanti viri contemplationibus  
congruere sine præuia inter nos collatione mu-  
tua aut librorum vtriusque præcurrente lectio-  
ne. Ad nostrum hoc argumentum quoque perti-  
nent Reuerend. P. Petri Azor de Casibus Consci-  
entiæ tres Partes Coloniae Anno D. 1598. excusæ a-  
pud viduam Gymnici, & Tractatus amplissimus  
de Censuris Ecclesiasticis Venetijs auctore Bar-  
tholomæo Vgolino Anno 95. & Scrutinium sacer-  
dotale siue modus examinandi tam in Visitatione  
Episcopali, quam in Ordinum susceptione à Re-  
uerendo D. Fabio Incarnato in duas partes diui-  
sum. Venetijs in 8. Pastorale Romanum Antuer-  
piæ apud Ioannem in 4. omnia hæc Anno 98. Tra-  
ctatus de Irregularitatibus & impedimentis or-  
dinum, officiorum & beneficiorum & Censuris  
Ecclesiasticis, & Dispensationibus super eis. Pau-  
lo Borgaso Feltrensi Episcopo Nemosiense Ger-  
bernæ.

bernatore generali ac prolegato in Thufcia I. V. C. acutissimo auctore. Venetijs ann. 1574. & Summa Catholicæ fidei Apostolicæ Doctrinæ & Ecclesiasticæ Disciplinæ nec non totius Iuris Canonici à Reuerendo P. F. Petro Crespelio Cælestino Parisiensi asserta Anno D. 1598. Per singula vocabula alphabetico ordine omnia tam ad Disciplinam Ecclesiasticam pertinentia, quam ad Apostolicam fidem & doctrinam præcipua religionis Christianæ capita ab origine Euangelij per successionem ad Augustini & Gregorij Magni ætatē persequitur, sedulò illis etiam annotatis, quæ ad mores Ecclesiasticos & ad Disciplinam conseruandam, & ex veteri ritu retinendā spectare noscebantur. Huc quoque ad nostrum institutum refertur Enchiridion de Censuris, Excommunicatiōe, Suspensione, Interdicto & Priuilegiatis non modò vtile ijs, qui curam animarum administrāt, sed ijs etiam, qui iudicia in foro Ecclesiastico exercent auctore F. Foeliciano Episcopo Scalensi. Engelstadij Anno Domini 1583. Huius etiam argumenti sunt Constitutiones & Decreta. Sex Synhodorū prouincialium Mediolanensium quas habuit Cardinalis & Archiepisc. Mediolanensis Borromæus vno volumine sex libris distinctæ, Venetijs Anno Domini 1596. editæ per collectorem & digestorem Reuerendum Præsbyterum Dominicum Zucchinetum à Suna Verbanū lacus Noruariensis Diocæsis. Libri i. tituli sunt 57. De Professione fidei & eius tuendæ cura. i. pag. De hæreticis hæresumve nomine suspectis p. 4. De sanctæ Inquisitionis officio. pag. 3. 6. De Iudæis. pag. 7. De

Cingarijs 10. De editione & usu sacrorum librorum ac Indice librorum prohibitorum deq; impressoribus & Bibliopolis. 11. De abutentibus sacra scriptura 13. De Ludi. magistris. De fidei initijs à Parocho tradendis & scholis Doctrinæ Christianæ 15. De Præbenda Theologica. 17. De prædicatione verbi Dei sacrifq; concionibus 18. De Concionatoribus siue Episcopi siue Parochi siue alij quicunq; sint etiã Regulares 21. De examine Concionatorum & sacra scripturæ interpretu 25. De cultu sanctorum 27. De sanctorum reliquiarum veneratione & custodia 27. De Miraculis nouis nouifq; reliquijs 33. De Imaginibus sacris & prophanis deq; Pictoribus & scriptorib. 34. De Imagine sanctæ crucis & pilis structilib. in vijs publicis constituendis 36. De Indulgentijs 37. De actionibus & representationibus sacris 39. de Magicis artibus, veneficijs, Diuinationibus prohibitis 39. De superstitionibus 40. De Blasphemia 40. De festorum dierum cultu. 41. De Clericorum ad festorum dierum celebritates conuentu 49. De obseruandis à Christi fidelibus in Aduentu, Septuagesima, Sexagesima, Quinquagesima, Quadragesima 47. De Oratione 52. De religiosis peregrinationibus 55. De votis consuetudinibus pijs institutis 57.

*Tituli 2. libr. 22.*

De Sacramentis in genere & Sacramentalibus pag. 59. De Sacramento Baptismi pag. 741. De Baptisterio, vasis, instrumentifq; & alijs ad baptizandi usum spectantibus 8. De Sacramento Confirmationis 94. De Sacramento Eucharistiæ videlicet de

cet de eius custodia, vasisq; & instrumentis ei vsui  
 oportunis cum eorundem formis 98. De sanctæ  
 Eucharistiæ in Ecclesiam administratione & sum-  
 ptione 110. De vasis instrumētisq; ad sacra Eucha-  
 ristia in Ecclesia administrandæ vsu cum eorū-  
 dem formis 117. De sancta Eucharistia ad ægrotos  
 deferenda, indulgentiaq; publicanda 118. De va-  
 sis instrumētisq; ad sacram Eucharistiam deuotè  
 ægrotis deferendam cum eorundē formis 123. De  
 S. Sacramento Processionaliter deferendū neces-  
 sarijs cum eorundem formulis 127. De Oratione  
 Quadraginta horarum & Sanct. Sacramenti as-  
 seruatione feria 5. in Coena Dom. 189. De vasis &  
 instrumentis exponendæ sacra Eucharistiæ vsui  
 pro oratione 15. horar. necessarijs cum eorundem  
 formulis 134. De Sacramento Pœnitentiæ 134. De  
 Pœnitentario & eius examine 140. De Confessa-  
 rio 140. De Confessionali. De Confessarij exami-  
 ne 151. De Sacramento extreme Vnctionis 153. De  
 vasis ac instrumentis ad extreme vnctionis sacra-  
 mentum decenter ministrandum necessarijs cum  
 eorundem formulis 158. De Sacramentis Ordinis  
 sacra ordinatione, ordinandorum examine &  
 examinerum officio 158. De seminario cleri-  
 corum 188.

*Libri 3. Tituli 15.*

De Beneficiorum collatione & prouisione. De  
 Beneficijs Iurispatronatus. De edicto proponen-  
 do in examine eorum, qui præficiendi sunt Ecclē-  
 sijs parochialibus, &c. De examine eorum qui  
 præficiendi sunt parochialibus & curatis alijs Ec-  
 clesijs quibusque alia beneficia sunt conferenda.



De examine eorum recognoscendę doctrine  
progressionis causa quibus animarum cura &  
alia spiritualia munera committi possunt.

De parochijs & parochialibus iuribus & officijs

De Vicarijs perpetuis & temporalibus Coadi  
torię suę.

De beneficiorum permutatione.

De beneficiorum pluralitate.

De beneficiorum vnionibus.

De Pensionibus & Pensionarijs.

De examine & Inquisitione promouendorum  
Ecclesias Cathedralis.

De loco Episcopalis Cathedre in Cathedrali Ec  
clesia.

De vita & honestate Episcoporum & certis Ep  
copalibus officijs.

De vita & honestate clericorum & eorum studi  
& spiritualibus occupationibus.

*Tituli libri 4. simul 72.*

De Ministris Cathedralis, Collegiatę & alterius  
Ecclesię.

De officio eius qui choro pręsident.

De ijs qui dignitates, personatus aut Canonicatus  
habent.

De officio Magistri, Chori & Ceremoniarum.

De officio Sacristę.

De officio Mansionarij.

De officio Punctatorum.

De officio Thesaurarij.

De officio Custodum.

De functionibus minorum ordinum in vsum  
uocandis.

De Ostiario: De Lectore. De exorcista. De Acolutho. De ratione diuinorum officiorum. De Musica & Cantoribus. Quando & quomodo ad diuina officia conueniendum. Quomodo versandum in choro. Quomodo à Choro recedendum. De disciplina Chori. De Missa & Vesperis Pontificalibus vel Episcopo assistente ab alijs cantandis. De suppellectile Missarum, diuinorum officiorum ministeriorumque Episcopaliū propria &c. De Missis sine cantu ab Episcopo celebrandis. De Missis conuentualibus tam in Cathedrali quam Collegiatis alijs Ecclesijs celebrandis. De suppellectile quæ Canonicis cæterisque non solum Cathedralis, sed etiam Collegiatæ Ecclesię ministris in Missis Conuentualibus diuinisque officijs vsui est. De Missa Parochiali & Missis alijs infra limites Parochialis Ecclesiæ celebrandis ac diuinis officijs alijs peragendis. De suppellectile Ecclesiæ Parochialis quæ in Missa cum Cantu & sine Cantu diuinis officijs & alijs sacris ministerijs adhibetur. De Missis sine Cantu in quibuscunque Ecclesijs & à quocunque sacerdote celebrandis. De suppellectile Altaris Minoris in Collegiata, Cathedrali, parochiali Ecclesia tam dotali quam indotali, deque suppellectile ad vsum celebrationis Missarum. De residentia Episcoporum, Canonicorum, Parochorum & aliorum Ecclesiæ Ministrorum ac beneficiatorum quorumcunque. De Punctatoribus: De Distributionibus dandis, & in pœnam subtrahendis & subtractis, quibus applicandis. De ijs, quæ ad Capitula Collegiatarum & Cathedralium Ecclesiarum pertinent: De Archi-

Hhh 5 uio

uio Capitulari. De Bibliotheca Ecclesiastica. De  
 Canonicalibus Parochialibus Clericalibus ad-  
 bus. De Ecclesijs sacrifve alijs locis & eorum cul-  
 tu. De Ecclesiarum fabrica. De Lampadibus lam-  
 padariove. De sacrario. De sacristia Cathedralis,  
 Collegiatæ, parochialis Ecclesiæ. De vasis aque  
 sanctæ. De Ambonibus. De suggestu. De capsulis  
 eleemosynarum. De tabulato ad vsu Ecclesiæ  
 distinguendo. De sedilibus muliebribus. De Ca-  
 panili. De Campanis, De sepulchris. De Coemi-  
 terijs. De loco vbi feretra & id genus cætera asser-  
 nantur. De ornatu, decore ac nitore sacrorum lo-  
 corum. De profano vsu à locis sacris tollendo.  
 De religiosa in locis sacris conuersatione. De al-  
 tarium & Ecclesiarum consecrationibus aliarum  
 que rerum benedictionibus. De ratione adhiben-  
 da in Ecclesijs altaribusve prophanatis. De Eccle-  
 sijs instruendis vel diruendis, instaurandis, vel  
 transferendis. De Ecclesiastica Immunitate. De  
 Ecclesijs simplicibus Oratorijs ac Capellis, in qui-  
 bus Missæ sacrum aliquando fit. De Sacristia &  
 suppellectile Ecclesiæ simplicis & Oratorij vbi  
 Missa celebratur. De Oratorijs, in quibus Missa  
 non celebratur. Quæ pertinent ad bonorum & iu-  
 rium Ecclesiasticorum conseruationem, rectam  
 administrationem & dispensationem. De Procef-  
 sionibus & supplicationibus. De suppellectile  
 De suppellectile, quæ processionum vsu commu-  
 nis est Cathedrali, Collegiatæ, & Parochiali Ec-  
 clesiæ, cum eiusdem formula. De funeribus & ex-  
 equijs. De funere summi Pontificis. De funere E-  
 piscopi & Metropolitanæ. De officijs & anniuersarijs defunctorum. De suppellectile, quæ officio-  
 rum

rum funeralium & anniuersariorum propria est cum eiusdem formis. De diligentia ab Episcopo adhibenda in statu vniuscuiusque parochiæ cognoscendo. De Vicarijs foraneis Regionumq; præfectis constituendis & eorum officio.

*Tituli libri quinti 28.*

De Visitatione. De Concilio prouinciali eiusque constitutionibus & decretis. De Synhodo Diocæsana. De testibus Prouincialis & Diocæsanae Synhodi. De monitionibus in Synhodo legēdis. De foro Episcopali, deq; iudicijs & expeditionibus quæ in Ecclesiastico foro aguntur. De ferijs. De Vicario Episcopali & alijs Iudicibus Ordinarijs & delegatis cōseruatoribusq; & Iudicibus laicis. De Causidicis, Procuratoribus & Aduocatis tam Causarum quam Fisci Episcopalis. De Cancellario & Notarijs ac scribis Cancellariæ Episc. deq; ipsa Cancellaria secretarioq; Episcopi. De legibus & taxa Iudicibus quibuscunque Notarijs, scribis, alijsq; inferioribus ministris præscripta. De præfecto Reformationis tribunalis & taxarum de inferioribus fori Episcopalis ministris carceris custodibus & reis. De carceris protectore. De Visitatione ab Episc. facienda Tribunalis & carceris. De Iurisd. Episcopali, Apostolicis constitutionibus edictisq; & alijs instructionibus Episcopalis publicādis & asseruādis. De Archiuo Episc. De Sacramento Matrimonij. De adulteris, Cōcubinarijs, fornicarijs &c. De meretricibus & lenonibus. De mimis, histrionibus, circulatoribus, tabernis meritorijs, aleatoribus. De Caupō & Hospitatorib<sup>9</sup>. De immoderatis sūptib. luxuq; vano  
& su.

& su.

& superfluo ornatu coercendis. De patribus familias & famulis dominorum. De disciplina Christiana militum. De vsuris & vsurarijs. De piorum locorum administratione. De sodalitatibus.

*Tituli libri sexti 23.*

De Regularibus & exemptis. De Monialibus. De Ecclesia exteriori & interiori Monialium. De Monasterio Monialium & eius partibus. De Monialium numero. De præfectis & alijs ministris Monialium. De puellis ad religionem admittendis. De Nouitijs ad professionem recipiendis. De diuinis officijs, preceationibus & lectione Monialium. De communis vitæ vsu & proprietate tollenda. De clausura & quæ ad eam tuendam aliquæ ratione pertinent. De conuersis. De mulieribus pœnitentibus. De puellis secularibus, quæ in Monasterijs educantur. De Concionatoribus, Confessoribus, Visitatoribus & Capellanis Monialium. De propria regula & constitutionibus his assidue legendis. De Censuris. De pœnis & multis. Quæ generatim ad hæc prouincialia decreta & alia pertinent. De subscriptionibus Episcoporum. De Indictionibus futurorum Conciliorum. De Constitutionibus & literis Pontificijs, quarum in omnibus Concilijs Prouincialibus mentio fit, quæque eis in fine annexæ sunt. De Indice rerum & materiarum omnium quæ in hoc volumine continentur. Si quis veram ideam, genuinam formam, expressam effigiem politicæ & rationem rectè gubernandæ Catholicæ Ecclesiæ & ordinandæ iuxta priscam antiquam Apostolicam formam  
videre

videre legere, imitari desiderat. in hanc perfectis-  
simam Politiam Ecclesiasticam intueatur, hanc  
aspiciat simulque adumbratam & expressam in  
Archiepiscopali Bononiensi Illustriss. Cardina-  
lis & Archiepiscopi Bononiensis Gabrielis Pa-  
lęotti, & Acta Mediolanensis Ecclesię sub Carolo  
Borrhomęo in tres partes diuisa, de quibus supra  
Cum hac forma Politie Catholice, collata Poli-  
tie hodiernę Calvinistarum quales in earum Sy-  
nhodis Belgicis & Gallicis M. S. quas penes me fi-  
deliter custodio, & in eorundem varijs libris de  
Politia scriptis, continentur *δὲς δὲ α τ α σ τ ω ν* distat  
& quasi anarchiam potius quandam vel polyar-  
chiam & confusioem quam legitimam politi-  
am & rectam administrandę Ecclesię rationem  
sapiunt: quod me euidenter, planę & per-  
spicue vitam Deo largiente demon-  
straturum polliceor.

( : )

*Coll. J. S. Paderborn. 1599*  
*Law Deo qui dedit velle & perficere.*

*Solis J. S. Paderb.*

## ERRATA.

Pag. i. lin. 17. quę, lege quasi l. 18. Gregoriana. p. 5. l. 11. mo-  
ralibus. p. 7. l. 11. renocari ac reduci. & l. 19. Moribus. p. 8. li.  
ult. materid. p. 9. l. 26. imitatur. p. 11. l. 21. farraginis. p. 20. li.  
16. in Concil. generali p. 40. l. 10. astantium & lin. antep. fa-  
cto. p. 4. l. 10. nostri impudentia. p. 47. li. 17. classico. p. 117.  
li. ult. protot lege vt p. 118. l. 3. per disciplinam. & li. 4. ten-  
dantur, & remouentur. p. 466. l. 12. regem, & l. 21. Polidorus